UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Universitätsbibliothek Paderborn

## Militia Immaculatae Conceptionis Virginis Mariae, Contra Malitiam Originalis Infectionis Peccati

**Alva y Astorga, Pedro de**

**Lovanij, 1663**

H.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13965**

Visual Library

*ba la immunidad de la culpa en Adan.* Extat impreſſ. cum alio Hiſpali 1616. in 4. & incipit: De lo dicho en todo, &c.

GUNDISALVUS, Toloſanus Archiepiſcopus Hiſpanus, *de Conceptione V. MARIÆ* compoſuit Tractatum pulcherrimũ; ut referunt multi antiqui, ac moderni Scriptores, ac de eadem *Conceptione* Orationes & Homilias plures. Vide Bernard. de Buſtos in officio diei 2. infra octav. lect. 4. de quo Salazarius, c. 35. n. 50. Leon, claſſe 6. Marrac. in Bibliot. Mariana, tomo 1. & in Antiſt. Marian. fol. 256.

GUTERIUS Carbajalus, Epiſcopus Placentinus, edi curavit Miſſale ejuſdem Eccleſiæ, in quo eſt Miſſa *de Immaculata Virginis Conceptione* cum pulcherrima imagine ejuſdem, folio 363. Impreſſ. Venetiis 1554. in folio magno.

GUTIERUS Gonzalez, Protonotarius & Commenſalis Apoſtolicus Hiſpanus, in libro de Doctrina Chriſtiana, hæc verba habet in Prologo: Libro de Doctrina de la Chriſtiana Religion, inſtituido de licencia, y facultad de la Sede Apoſtolica, por Gutierrez Gonzalez, de buena memoria, Protonotario, y Commenſal del Papa, Fundador *de la ſanta Capilla de la Concepcion de N. Señora* de S. Andres de Jaen, &c. Toleti 1564.

GUTIERUS Marquez de Cariaga, edidit Opuſculum cujus titulus eſt: Reſpueſta con breve, y cierta ſolucion à la pregunta hecha por el Maeſtro de Ceremonias de la Santa Igleſia de Sevilla, y à los papeles, que algunas perſonas doctas han eſcrito, à cerca de la duda, por dicho Maeſtro propueſta, y aqui conſultada por el Maeſtro de la Santa Igleſia de Granada; ſi en la de Sevilla ſe pueden rezar las Horas Canonicas, y celebrar la Miſſa, haziendo el Oficio *de la limpia Concepcion de nueſtra Señora*, eſte año de 1619. que cae en una de las Dominicas de Aviento, &c. Ubi plura adducit de ejus circa myſterium devotione, & incipit Opuſculum: Deſpues de eſcrito eſte papel, &c. Granatæ 1619. in 4.

GUTIERUS de Ocampo, Ordinis Minorum Hiſpanus, *in feſtivitate Conceptionis Virginis MARIÆ* Sermonem. Impreſſ. Salmanticæ 1619. in 4.

GUTIERUS Trejo Placentinus, Ordin. Minorum Hiſpanus, ad c. 13. Epiſtolæ ad Romanos ait: *Quod Virgo MARIA non fuit obnoxia peccato originali*, num. 10. Item: *Quòd fuit tota pulchra abſque ulla macula peccati originalis*, contra quemdam Doctorem, qui affirmabat animam beatiſſimæ Virginis fuiſſe per horam vel modicum tempus in tenebris, & deinde factam eſſe lucem, &c. n. 18. Item, ad cap. 5. ejuſdem Epiſtolæ: *Quòd anima Virginis habuit gratiam concreatam in primo ſuæ Conceptionis inſtanti, & quòd fuerit exempta à generali lege, &c.* num. 19. & 17. in libro dicto: Paradiſus deliciarum Pauli Apoſtoli. Compluti 1638. in fol.

# H.

HADRIANUS Budſius, ſive Adrianus Budſi, natione Belga, Ordinis Ciſtercienſis, qui obijt anno 1488. ſecundùm R. P. Carolum de Viſch in ſua Bibliotheca, fol. 5. ſcripſit carmine Tractatum *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*, cujus Tractatûs mentio fit in Epitaphio quod illi poſt obitum poſuit Judocus Badius Gandenſis, ubi inter alia ſic dicitur:

*Carminibus ſcriptis declaravit Genitricem*
*Virgineam, intactam crimine originis, &c.*

Vide ſupra allegatum Viſch, verb. Adrianus Budſius, & R. P. Ludovicum Jacobum à S. Carolo Carmelitam in ſua Notitia manuſcripta.

HADRIANUS Collaert, in vita V. MARIÆ, quam pulcherrimis iconibus ſculptis excudit, adducit imaginem Conceptionis, & in primo folio vocat ipſam ex ſemine Abrahæ, ortam de tribu Juda, clara & regia ſtirpe David, *ſpecioſiſſimam ſuper ſæculo natis, &c.* Extat in Biblioth. D. Antonij de Leon ſeorſim, & in noſtris libris de Imaginibus Virginis MARIÆ in fol.

HADRIANUS Hecquetius, Atrebatinus Ordinis Carmelitarum, in libro: Peripetaſma argumentorum inſignium, in miſcellanea dyſticorum inquit:

*Unica Virgo fuit, prolem quæ protulit orbi,*
*Unica, non plures, Unica Virgo fuit.*

Lib. impreſſ. Lovanij 1564. in 8. Hæc verba pluſquam in cortice ſonant, indicant. Nam Unica idem eſt, ac ſola & ſingularis: *una* numeralis eſt, ſed *unica* eſt extra numerum. Semper ergo V. MARIA vocatur ab Hadriano *unica*, non *una*: quia ſemper *unica* fuit, nunquam verò *una*. Si originale haberet, *una* eſſet, & tanquam *una* ex filiabus Adæ cum ipſis computanda, atque connumeranda quaſi una ex ipſis; ſed quia præſervata *unica* eſt, & ſola ideo *unica*: unicum enim fuit privilegium præſervationis à peccato, Et ſi iſtum noluerint admittere pro expreſſo milite, parum intereſt, ſi excludatur à Militia.

HADRIANUS Lametius Henencurias Doctor Theologus, atque Ambianorum Decanus, &c. Tract. in 27. Pſalmos, Pſalm. 18. fol. 398. inquit: Poſtea & ipſe tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo, MARIÆ videlicet utero, quæ quidem Aurora fuit per puritatem & gratiam, nata ex nocte legis veteris: quia de tribu Juda & ſtirpe David, *neq; tamen noctis peccati tenebras contraxit, ſed à Christo Sole iuſtitiæ illuſtrata, per gratiam præſervata eſt.* Lib. impreſſ. Pariſijs 1547. in 8.

HADRIANUS Liræi, Societatis JESU Antuerpienſis: *Quòd Virgo MARIA erat de ſe obnoxia originali culpæ*, & quòd fuerit à Deo virtutibus, gratijs, ac donis plurimis præventa, in libro: Triſagion Marianum, ſive Trium mũdi Ordinum cœleſtium, terreſtrium & infernorum, cultus, pietas & adoratio. Antuerpiæ 1648. in folio. Item: *Quòd MARIA fuit tota pulchra, abſq; ulla macula, & Sancti Spiritûs ſponſa chariſſima*, ſono 16. folio 95. Item: Quomodò Mariana de JESU Tertiaria habuerit revelationem, *quòd Beata Virgo MARIA ab omni originali peccato fuit præſervata*, modulo 29. fol. 302. Extat impreſſ.

HADRIANUS Mangotius, Societatis JESU, natione Belga, quem aliqui Doctores ipſiusmet Societatis Carolum vocant, ſed perperam, in libro inſcripto: Monita Mariana, monito ſecundo ſuper illa verba: Inimicitias ponam inter te & mulierem, ipſa conteret caput tuum, & tu inſidiaberis calcaneo ejus, ſic inquit: Scripturam hanc de ſanctiſſima Virgine MARIA multi, ac magni intellexerunt Patres, eamque interpretationem ab antiquis uſque temporibus approbavit Eccleſia: in eo autem dæmonem ſuperavit, quòd nulla unquam ex parte antiquo ſerpenti ſubjecta fuerit, *utpote ab omni peccati labe prorſus immunis*: et ita etiam

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*etiam caput ſerpentis contrivit, quòd peccatum originis, cui omnes ſumus obnoxij, non contraxerit (quæ noſtra eſt ſententia) ſed ſingulari Dei gratia ab eo ſit præſervata;* quod caput ſerpentis dicitur, quia ex eo ſerpens vires omnes ſuas expromit tanquam ex capite & radice cæterorum, &c. Vide totum Monitum. Lib. impreſſ. Antuerpiæ 1613. & 1615. in 8. quem nos tranſcripſimus in noſtra Bibliotheca Virginali, ſeu Mari magno tom. 1. à fol. 88.

HADRIANUS Moerbetius, Dieſtenſis Ordinis Præmonſtratenſis, in lib. Scala purpurea in ſex gradus diviſa Dominicæ Paſſionis, &c. tom. 2. *in feſto Conceptionis Beatæ MARIÆ Virginis introductionem*, in qua latiſſimè tractat & eruditè de immunitate & præſervatione Deiparæ à fol. 127. uſque 144. Lib. impreſſ. Antuerpiæ 1634. in fol.

HADRIANUS Oyen Brochuſanus, patriâ Colonienſis, edidit Opuſculum ſub hoc titulo: *Hieroglyphicum literæ O. Alphabeti Immaculatæ Conceptionis B. MARIÆ Virginis, &c.* Lib. impreſſ. Matriti 1655. in 4. Habemus de hoc plura Carmina manuſcripta alibi fortè danda.

Item, in libro dicto: Declaracion muy provechoſa de los miſterios del ſancto ſacrificio de la Miſſa, con Imagines, Oraciones muy devotas para cada Miſterio, &c. *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*, fol. 40. & fol. 55. à tergo & folio 61. etiam à tergo. Lib. impreſſ. Matriti, anno 1659. in 16.

HADRIANUS Primus, Summus Eccleſiæ Pontifex, in Epiſtola ad Taraſium Patriarcham Conſtantinopolitanum vocat *Virginem MARIAM intemeratam, immaculatam, incontaminatam & inculpatam*, &c. Extat in ſecunda Synodo Nicæna. Vide Joannem Euſebium de Except. cap. 8. fol. 77.

HADRIANUS Quartus, Summus Eccleſiæ Pontifex ad annum Chriſti 1150. ante Papatum ſuum ſcripſit Libros duos *de Conceptione Virginis MARIÆ*. Ita Simblerus, & in Biblioth. Pontificia P. Jacob. à S. Carolo, Leon in Bibliotheca claſſe 4. Poſſevinus, Tamajus, Piſtoia, fol. 163. & alij.

Item, cùm eſſet Pontifex celebravit *feſtivitatem Conceptionis B. Virginis MARIÆ*; ut videre eſt apud Nicolaum Alvacenſem, & Euſeb. Nieremb.

HADRIANUS Sextus Papa, Trajectenſis Germanus, pro Confraternitate Toletana *in obſequium & laudem Conceptionis Immaculatæ ejuſdem augustiſſimæ cælorum Reginæ*, à Carolo V. Imperatore fundata, habet Bullam unam expeditam Tarracone 1522. ultimo die menſis Julij. Ita Marrac. in Pontif. Marian. fol. 175.

HAMELIUS, in 3. partem D. Thomę, quęſt. 17. de Sanctificatione B. Virginis, art. 1. Utrum Beata Virgo fuerit ſanctificata in utero, & quomodò? Propoſitio tertia: *Probabilius videtur B. Virginem in primo inſtanti ſuæ Conceptionis eſſe ſanctificatam, ac proinde à peccato originali præſervatam.* Quod latè probat per Scripturas & auctoritates. Manuſc. in Bibliot. S. MARIÆ Dunenſis Brugis, claſſe 6. num. 24.

HAUTBERTUS Hiſpalenſis, Ordinis S. Benedicti Hiſpanus, & filius Monaſterij de Dumio in Galetia, qui floruit ad annum 919. in ſua Chronica, quæ manuſcripta extat apud D. Antonium de Lupian, ut ipſe affirmat in Epiſtola contra Bachalaureum Anonymum, fol. 7. ubi dicit Hautbertum ſcripſiſſe hæc verba: Eodem anno ſanctus Petrus Apoſtolorum Princeps, & ovium univerſalis Paſtor ad Hiſpanias venit, & docuit Hiſpanos uſum ſacrarum imaginum, *& prædicat Conceptionem B. MARIÆ Virginis, quæ fuit intacta, & ſine macula peccati.* Hæc ſunt verba relata, quæ ſi vera ſunt, B. Petrus fuit Immaculatæ Conceptionis primus Prædicator. Et in alijs quinque locis ſui Chronicon agit *de eadem Immaculatæ Virginis Conceptione*, teſte eodem Antonio de Lupian in quadam notitia manuſcripta, Auctore 1. atque Gregorio Argaz.

HAYMO Albeſtatenſis, Monachus Fuldenſis & Epiſcopus, in lib. Homiliarum, Homilia ſuper eo verbo, quod ſcriptum eſt Eccleſiaſtici 24. Ab initio & ante ſæcula creata ſum, & poteſt legi in omnibus ſolemnitatibus Beatæ MARIÆ Virginis, fol. 243. ſic inquit: Quid enim abſurdum, quidve contrarium eſt, ſi hoc quod ait: In omnibus requiem quæſivi, & in hæreditate Domini morabor, Dei Genitrici convenire dicamus? Ipſa quippe in omnibus requiem quæſivit, quæ ut in requie ſempiterna Patrem invenire poſſet, prima omnium virginitatem ſuam ſine macula ſervare devovit, ſicut Angelo Gabriëli Domini Conceptionem nuntianti reſpondit: Quomodò fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco, id eſt, nec cognoſcere diſpoſui? Ipſa in hæreditate Domini morata eſt, quæ non peccando à poſſeſſione Domini non diſceſſit, ſed integram ſuam animā à concupiſcentia, & carnem à corruptione ſervans, portio hæreditatis Dei effecta eſt; cantans cum Propheta, & dicens: Etenim hæreditas mea præclara eſt mihi, &c. Ita in libro impreſſ. Pariſijs 1534. in 8. In quibus verbis notare debes primò illam negationem: Quæ non peccando; ſi igitur non peccavit, ergo neque originaliter, quia aliàs jam à poſſeſſione Domini diſcederet. An, qui ſunt in peccato originali, ſunt in poſſeſſione Domini? Secundò nota illud: Virginitatem ſuam ſine macula ſervare devovit, quia non eſſet Virginitas ſine maculâ illa, ſi in aliquo ſaltem inſtanti eſſet maculata. Unde deducitur, quòd quando abſolutè ac ſimpliciter dicitur: MARIA ſine macula fuit; ſupponit pro omni tempore, ac ſtatu.

Item, in Serm. de Aſſumptione D. Virginis MARIÆ, ſuper illud: Miſſus eſt, &c. fol. 205. inquit: Gratiâ plena dicitur, gratis datâ. Gratiâ Dei fuit plena MARIA. Nulli enim homini ex mare & fœmina procreato tanta gratia collata eſt, quanta illi, quæ creatorem ſuum meruit generare. Et infra inquit: Et virtus Altiſſimi obumbrabit tibi, id eſt, umbram tibi faciet. Qui calorem habet, umbra eſt illi neceſſaria, ut refrigerium habeat tempore æſtatis à calore. Adveniens Spiritus Sanctus umbram fecit MARIÆ, quia omnem calorem concupiſcentiæ carnalis ab illa abſtulit. Primò mundavit eam *ab omni peccato*; deinde omnem ſtatum concupiſcentiæ, quam habent virgines, abſtulit, ut poſtmodum nullam paſſionem, quam habent virgines, inde haberet, &c.

HAYMO de Montefalcone, Lauſanenſis Epiſcopus, ac Ordinarius in Civitate Bernenſi, auctoritate Apoſtolica Legatus Julij II. inquiſitionem fecit contra quaſdam falſas, impias & diabolicas machinationes, quas in odium *Conceptionis Immaculatæ Virginis MARIÆ* aliqui excogitarunt, &c. Vide de hac re Laurentium Surium & Nicolaum Valleſium in additionibus ad Naucletum, Martinum Delrio, lib. 4. Diſquiſitionum Magicar. Velazquez, fol. 243. Cabellum in Ro-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſario. Vide etiam Matthæum Waleſon, & Achillem Caſtellanum. Itidem Librum de hac re editum, parte 4. cap. 6. Impreſſ. Bernæ, anno 1609. in 4. Vide ſupra Achillem Graſſum, & Matthæum Schinder infra, atque Petrum Martyrem de Algeria, & Joannem Jetzer, Ordinis Prædicatorum.

HECTOR ab Albata, Societatis Jesu Belga, in Theologiâ habitâ Lovanii die 26. Julii 1661. Theſi 17. de Peccato originali, hæc defendit: *A peccato originali & omni ejus debito Matrem Dei eximimus, non tantùm pio, ſed etiam ſolido fundamento.* Impreſſ. ibidem in 4.

HECTOR Pintus, Ordinis S. Hieronymi Hiſpanus, tomo 2. in Ezechielem, cap. 43. fol. 353. inquit: Et quoniam omnes in peccato originali concipiuntur, dicebat divinus Pſaltes: Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea. Et Paulus: Eramus naturâ filij iræ; at admirabilis Virgo Maria Dei Genitrix tributum hoc nunquam tulit. Fuit hoc ſingulare quoddam privilegium, quod ei conceſſit ſummus Rex; quoniam fuit genita, ut Deum ipſum generaret, & electa à Deo in tempore, ut eum, qui eſt abſque tempore, conciperet: *ideo fuit abſque peccato concepta*, &c. Hæc eſt Immaculata Dei Genitrix; hæc eſt Civitas illa immunitate ornata, quæ tale tributum pendere non agnovit; hæc eſt terra illa ſacerdotalis, quæ nulli erat obnoxia tributo, &c. *Hujus Sacerdotis terra eſt illa, quæ nullum unquam pœnitus habuit peccatum nec originale, nec actuale.* De illa ait Eccleſiaſticus: Liberaſti me, Domine, ſecundùm multitudinem miſericordiæ tuæ. *Fuit enim ab omni culpa præſervata*, &c. Vide alia perpulchra ibi. Lib. impreſſ. Lutetiæ 1617. in fol.

HEGNEMANNUS N. Magiſter Ordinis S. Auguſtini Germanus, edidit Tractatum *pro Immaculata Virginis puritate & ſua immunitate à peccato originali*, ut refert Joannes de Meppis, cognomento Schypower in Tractatu ſuo de Conceptione, Auctore 7.

HELÆCA, Cæſarauguſtanus Epiſcopus, recollegit Carmen, ſeu Hymnum Marci Maximi Epiſcopi Cæſarauguſtani de fundatione Eccleſiæ à Columna, ſub titulo *Conceptionis illibatæ*, &c. ut videre eſt in fragmentis prædicti Epiſcopi Marci Maximi. Lib. impreſſ. à Fratre Joanne Calderon Franciſcano Cæſarauguſtæ 1619. in 4. & alijs.

HELIAS, Gandenſis Epiſcopus, cùm Toloſæ prædicare vellet contra Conceptionis ſanctitatem, omnes rationes, quas cõtra ipſam proponere decreverat, à memoria ejus exciderunt: & ſolùm *aliæ pro Conceptione* in ejus memoria fixæ permanſerunt; & ſic coactus fuit oppoſitum ſui propoſiti prædicare: quem caſum, dum vixit, privatim & publicè omnibus enarravit. Ita Nicol. de Niſſe in Serm. 2. de Concep. Joan. de Segovia & alij quamplures, ut infra videbimus littera Q.

HELSINUS vel Helpinus, Abbas Ordinis S. Benedicti Anglus, primus fuit, qui ad ann. 1060. revelationem accepit circa celebrationem *feſti Immaculatæ Conceptionis*, quam ipſe in ſuo Beccenſi Cœnobio, quamdiu vixit, devotis obſequijs celebravit; quem poſtmodum tota Eccleſia imitata fuit. Vide de hac re Epiſtolam S. Anſelmi ſatis devotam & eruditam ad Epiſcopos Angliæ, in principio noſtri Regeſti Armamentarij Seraphici, & in noſtra Biblioth. Mariana, & in Lectionibus ferè omnium officiorum in noſtro Choro Caſtrorum adductorum, atque etiam omnes Scriptores qui de Conceptione Virginis Mariæ ſcripſerunt. Vide etiam Antonium Chucarum, fol. 62.

HENRICUS, Abbas de Vallibus in Omelio Ordinis Ciſtercienſis in Diœceſi Tullenſi, Gallus, ſcripſit Sermones de Adventu, inter quos habet unum *de Conceptione Virginis MARIÆ*, manuſcr. in Bibliotheca Morimundi. Eorum meminit R. P. Carolus de Viſch in Bibliotheca Ciſtercienſi.

HENRICUS Arnoldi Saxo, Ordinis Carthuſianorum, Decretorum Doctor, & Concilij Baſileenſis Scriba & Notarius, ſcripſit *pro Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ* Librum unum. Lib. impreſſ. Antuerpiæ 1527. in 4. ut referunt Cornelius Scultingius, & Joannes à Sancta Maria in ſupplici libello, fol. 320. Marrac. in Biblioth. & in Catalogo, Poſſevinus, Petreius, Leon. & Piſtoia.

HENRICUS Blake, Ordinis S. Auguſtini Hybernus, in Gymnaſiis Auguſtinianis Collegii Pariſienſis die 23. menſis Februarii, in Theologicis Aſſertionibus, Præſide Magiſtro Nicolao Cene Doctore Theologo Facultatis, & Regiæ Navarræ ſummo Moderatore, ſuſtinuit pro tentativa *Virginem MARIAM fuiſſe exemptam & intactam à macula culpæ originalis*, &c. anno 1661. Impreſſ. Pariſiis 1660. in charta expanſa.

HENRICUS Caniſius, Juris Conſultus Noviomagus, in Mœnologio Græcorum ad diem 9. Decembris, *de Commemoratione Sanctæ Annæ matris Deiparæ Virginis*; quòd autem hæc feſtivitas ſit Conceptionis Virginis, vide verb. Mœnologium. Lib. impreſſ. Ingolſtadii 1602. tomo 2. antiquæ lectionis, folio 930. in 4.

HENRICUS Carthuſianus, Auctor antiquus, ſcripſit *pro Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*, ut refert Joannes Euſebius in lib. Exceptionum cap. 27. fol. 519.

Item, ſcripſit ſuper Cantica Canticorum vaſtiſſimum Opus, ita ut de quolibet Capitulo unum ediderit librum, & in cap. 8. tomoque 8. continente 79. Conſolationes (ut ipſe vocat) agit paſſim de *Immaculata puritate Virginis MARIÆ*. Alios ſeptem tomos priores non potui videre. Et extat apud Patres Carthuſianos Coloniæ littera O. num. 12. in fol. In iſto, ſi non duos, ſaltem habemus unum egregium militem.

HENRICUS Culens, Paſtor Gerardimontanus, in libro: Theſaurus locorum communium, verb. Maria: *Quòd de ſemine David nata fuerit Virgo*, ubi etiam agit de *Conceptione ejus*, fol. 225. Lib. impreſſ. Antuerpiæ 1622. in 8.

Item, in ſpirituali Sermonario, ac variarum concionum ad diverſos hominum ſtatus manipulo, ſermone de Aſſumptione, fol. 506. *Quòd ab omnibus maledictionibus Evæ fuit MARIA exempta.* Lib. impreſſ. Antuerpiæ 1613. in 8.

HENRICUS de Cuta, ſive de Oyta Germanus, ſcripſit Librum unum *pro Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*. Ita Hippolyt. Marrac. in Catalogo ad ann. 1392. & in Biblioth. fol. 553. ex Poſſevino, & Trithemio, & Leon. Piſtoia fol. 228. num 219.

Item, edidit Sermones pro feſtivitatibus Virginis Mariæ, ſcilicet *Conceptione*, Nativitate, &c. Vide Auctores ſupra citatos.

HENRICUS Emmanuel S. R. E. Cardinalis Hiſpanus, in Meditationibus ſeu Homiliis latinis ...

tati donatis à R. P. Antonio Senenſi, de Purificatione B. Virginis inquit: Quomodò pateris Domine Deus, ut glorioſa Virgo Mater tua, tanquam purificanda ad Templum veniat, *in qua nihil ſit, quod purificatione indigeat*, neque ad id lege teneatur? Et licèt nulla legis obligatione cogeretur, hoc tamen legis præceptum implere voluit, ut non modò non peccaret, ſed nec peccare quidem, aut legem prævaricari videretur, &c. Lib. impreſſ. Lovanij 1575. in 8.

HENRICUS Engelgrave, Societatis JESU Belga, in Theologiâ habitâ Lovanij die 1. Julii an. 1642. Theſi 18. de Originali, hæc defendit: *MARIAM Deiparam ſi debitum originalis remotum attigit, puritati ejus nihil offecit*. Sed quid ſi decreta eſt nova creatura, novo homini Deo parens, nihil obeſt id certè, quòd redemptam ſe gloriatur à Filio. Impreſſ. in 4.

Item, in libro: Cœleſte Pantheon, ſive Cœlum novum in feſta & geſta Sanctorum totius anni, tomo 2. fol. 298. Emblem. 46. *in feſto Immaculatæ Conceptionis B. Virginis* adducit Sermonem latiſſimum, uſque fol. 314. Lib. impreſſ. Coloniæ Agrippinæ, anno 1658. in 4.

Item, in libro: Lux Evangeliorum ſub velo ſacrorum Emblematum recognita, in anni Dominicas ſelecta hiſtoria, & morali doctrinâ variè obumbrata, *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ* Emblema 32. *Et quòd à primo inſtanti ſuæ Conceptionis fuerit gratiâ plena*, Emblema 665. Lib. impreſſ. Antuerpiæ 1657. in folio magno in duas partes diviſus.

HENRICUS Gomez Hiſpanus, Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis, ſcripſit *pro Immaculata Virginis Conceptione* ad annum 1619. ut teſtatur Piſtoia in MARIA triumphante, corona 2. cap. 5. fol. 163.

HENRICUS Gorrichen, Monachus Benedictinus Germanus, in lib. 3. Sent. Utrum caro Chriſti fuerat peccato obligata ante ſui *Conceptionem*, videlicet antequam à carne Virginis ſeparabatur? Secunda quæſtio eſt: Utrum adhuc caro Chriſti fuerat peccato obligata, quando à Verbo aſſumebatur? Ad primum reſpondet ſecundùm communem ſententiam Doctorum, ac teſtationem: Quòd caro ante ſui Conceptionem fuerit peccato obligata, ſicut reliqua beatiſſimæ Virginis caro. Ad ſecundam verò quæſtionem reſpondet dicens: Quòd caro illa ad hoc quod uniretur Verbo, Spiritûs Sancti operatione immunis reddebatur ab omni peccato, remanente tantùm in ea poſſibilitate patiendi, &c. ſuper Magiſtrum Sententiarum, in lib. impreſſ. Baſileæ 1602. in fol. & in principio diſtinctionis 3. ad marginem dicit ſic: Quòd non ſolùm illa caro, ſcilicet Chriſti; ſed ipſa *ſacra Virgo ab omni peccato à Spiritu Sancto fuit mundata*.

Item, in Regeſto ſeu Repertorio Magiſtri Sententiarum à ſe elaborato adducit hanc propoſitionem: *MARIA fuit immunis ab omni peccato*. Lib. impreſſ. Baſileæ 1516. & 1502.

Item, in libro cujus titulus eſt: Textus ſententiarum cum concluſionibus, ac titulis quæſtionum S. Thomæ, articuliſque Pariſienſibus, & in quibus Magiſter communiter non tenetur, inquit: Excerpta principalium articulorum Tractatûs cujuſdam contra errores Fratris Joannis de Monteſono Ordinis Prædicatorum, in quo continentur etiam errores contra *Immaculatam Virginis MARIÆ Conceptionem*. Extat impreſſ. Pariſijs abſque anno impreſſionis in fol. & Venetijs 1489. etiam in fol.

HENRICUS Guthberleti, ait: Quòd in Concilio Baſileenſi decretum & pronuntiatum fuerit *MARIAM Virginem Matrem Domini noſtri IESU CHRISTI fuiſſe ſine peccato originis conceptam, idque ex ſingulari privilegio*. In Chronologia, fol. 491. Lib. impreſſ. Amſterodami 1639. in 8.

HENRICUS Guyſus Belga, & Epiſcopus Ruremundanus, compilavit & recollegit officium ſolemnitatum & feſtorum glorioſæ Virginis MARIÆ; in quo agit *de Immaculata Virginis Conceptione*. Impreſſ. 1594. Marrac. in Bibliotheca, parte 1. in Antiſt. Marian. fol. 262.

HENRICUS de Guzman, natione Hiſpanus & Procurator in Romana Curia, *pro hoc myſterio de Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione* ſcripſit Librum unum. Lib. impreſſ. 1616. in 4.

Item, edidit Memoriale ad Hiſpaniarum Regem, & incipit: Enrique de Guzman agente, &c. in quo petijt, *ut cuderetur moneta cum imagine Immaculatæ Conceptionis*. Extat impreſſ. in fol.

Item, edidit Memoriale ad Catholicam Majeſtatem, ſub hoc titulo Hiſpanico: D. Enrique de Guzman, agente de ſu Mageſtad en la cauſa de la Concepcion de la ſantiſſima Virgen. Haviendo tenido noticia que han procurado algunos impedir el feliz progreſſo de la definicion deſte articulo, que tantas vezes ha pedido V. Mageſtad à la Sede Apoſtolica. Dice, que por eſtudios de varones doctos le conſta que el Angelico Doctor tubo por ultima opinion y ſentencia *que la Reyna del cielo fue concebida ſin pecado original*, y porque la perſuaſion contraria y el deſeo de honrar à S. Thomas es la principal cauſa de la reſiſtencia que ſe haze à la definicion de la verdad; preſenta à V. Mageſtad los fundamentos ſiguientes, &c. Habemus manuſcriptum in folio; & extat etiam impr. in 4. In quo probat ferè omnia Opera S. Thomæ eſſe vitiata ab aliquibus.

HENRICUS de Haſſia, plantator Gymnaſij Viennenſis in Auſtria, quem Theodorus Petrejus vocat Juniorem, Ordinis Carthuſianorum, ſcripſit Librum ſub hoc titulo: Contra diſceptationes, & contrarias prædicationes Fratrum Mendicantium *ſuper Conceptione Beatiſſimæ MARIÆ Virginis*, & contra maculam S. Bernardo mendaciter impoſitam. Impreſſ. characteribus antiquis in 4. abſque anno & loco impreſſionis. Manuſcriptum vidimus apud PP. Cruciferos Coloniæ.

Item, edidit alium Tractatum *de Conceptione Virginis*, qui extat apud R. P. Theodorum Moretum, Societatis JESU Uraſtilaviæ Silenorum, ut accepi ex quadam ejus notitia, cujus verba ſunt: Henrici de Haſſia junioris Carthuſiani Prioris Domûs Monachorum S. MARIÆ, in Scripturis SS. nobiliter eruditi, ſæcularis litteraturæ non ignari, profeſſione Scholaſtici, & ſermonis elegantiâ ad illuminandum intellectum, & inflãmandum affectum ſatis accommodati, quondam ſub Sigiſmundo Imperatore anno 1420. clari, juxta Sixtum Senenſem lib. 4. Biblioth. ſed ſecundùm C. Geſnerum anno 1397. defuncti, *Conſilium in controverſia de Conceptione MARIÆ, & ejuſdem de ipſa Sermonem* appoſitum, vice Corollarij. Incipit: Quid jam dicturi ſumus de ipſa morte Chriſti, &c.

HENRICUS de Haſſia (& fortè eſt alius, qui antiquior dicitur) ſcripſit Tractatum de Opere ſex dierum, in quo multa dicit *pro Immaculatæ Concep-*

*tionis*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*tionis Virginis MARIÆ myſterio*, ut refert & citat Daniel Meyer Agricola, in tract. de Corona Doctorum ſcribentium pro immunitate ipſius Virginis, fol. 175.

HENRICUS de Haſſia, Ordinis Carthuſienſis, qui vixit ad annum 1350. & fortè hic eſt antiquior altero, quem vocarunt Juniorem, in 3. Sentent. diſtinct. 3. quæſt. 1. *& in Sermone de Conceptione, immunitatem Virginis MARIÆ à peccato originali tutatus eſt*, ut referunt P. Salazar & Leon, claſ. 9. & multi alij.

Item, in Bibliot. S. Martini Lovanij extat manuſ. Serm. ſub nomine Hen. de Haſſia, & incipit: Ave Maria, &c. Hanc orationem in quatuor particulas dividendam eſſe, &c. Et poſt pauca, ſic dicit: *Ave, quia ſine væ maculæ originalis*, & ſine væ culpæ actualis, &c. Neſcio, an ſit Auctor aliquis ex relatis.

HENRICUS Helmeſſius Germipolitanus, Ordinis Minorum, in tom. 1. ſuorum Sermonum, fol. 12. *in die Conceptionis Immaculatæ Virginis MARIÆ*, in Epiſtolam, Sermonem unum. Item, *in die ejuſdem Conceptionis* Sermonem alterum, fol. 15. Item, *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ* Sermonem alterum, fol. 32. Impreſſ. Pariſijs 1557. in 8. & Lugduni 1574 in 8.

HENRICUS Henriquez, Epiſcopus Placetinus Hiſpanus, in porta ſuæ Cathedralis Eccleſiæ titulum iſtum collocari mandavit: *MARIAM non tetigit peccatum primi hominis.* Ex Armament. noſtro in Regeſt. col. 657. Marrac. in Antiſt. Marian. fol. 262.

HENRICUS Henriquez Hiſpanus, & Epiſcopus Oxomenſis, in Diœceſana Synodo numeravit inter feſtivitates obſervandas *feſtum Conceptionis Dominæ noſtræ, ſemperq; Virginis MARIÆ*, &c. Vide verb. Oxomen. Eccleſia.

HENRICUS Henriquez, Societatis Jesu Hiſpanus, *de dignitate Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ* Caput unum, in lib. Summæ Theologiæ Moralis, lib. 3. de Confirmatione & Extrema Unctione, cap. 11. Impreſſ. Moguntiæ 1613. in fol. Item: Quod *in die Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, & per totam octavam, tempore Interdicti poſſint ſepeliri mortui, etiam laici, cum ſolemni officio publicè dicto, ſive dicatur in Eccleſia officium Nogarolis, ſive non, ibidem num. 4. Item: *Quòd B. Virgo fuit concepta abſque peccato originali*, in eadem Summa, lib. ultimo de Fine hominis, c. 10.

Item: *Quòd in die puriſſimæ Conceptionis B. MARIÆ*, & in octava illius ſuſpendatur Interdictum, lib. 3. de Excommunicatione & Interdicto, cap. 47. nu. 3. colum. 1223. Impreſſ. Salmanticæ 1593. in fol.

HENRICUS Herph, Ordinis Minorũ Flander, in lib. Sermonum de Sanctis, habet Serm. in ordine 3. *in feſto Conceptionis B. MARIÆ Virginis*, ſuper illa verba: Ecce nubecula parva, &c. Lib. impreſſ. Hagenau, anno 1509. in 4. in quo acerrimè tuetur piam ſententiam.

HENRICUS de Hoſtio, in Epiſtola contra Guarium, parte 3. cap. 11. ſic citatur in originali Joan. Vitalis; ſed in altero Alani eſt Henricus de Haſſia, & ego conſului prædictum Henricum: locoitaq; citato fol. 13. loquens de utraque opinione Conceptionis, & ad quam eſſet potiùs declinandum, ſic dicit: Et ſingulis penſatis utrobique ſatis favorabilibus, veroſimiliùs videtur glorioſam Matrem Dei numquam in mortali peccato & filiam iræ fuiſſe & damnationis, quàm quòd ſic: Auguſtinus enim videtur dicere, quòd quilibet adultus actualiter peccavit, qui originale habuit. Item in dubijs ſi contingit declinare ad unam, potiùs ad partem magis piam & utilem declinandum eſt, modò iſta pars opinionis eſt longè majoris devotionis, & occaſio divini honoris: & error eſſet longè excuſabilior, quia ex amoris magnitudine oritur. *Et ego (dicit quidam Doctor) ſi deberem deficere, cùm non ſim certus de altera parte, magis vellem deficere per ſuperabundantiam, dando ſibi aliquam prærogativam, quàm per defectum diminuendo, vel ſubtrahendo ab ea aliquam excellentiam, quam habuit; quia* ſecundùm Ariſtotelem, prodigus eſt minùs malus quàm parcus. Hucuſq; Henricus de Haſſia: ex quibus patet, quòd hæc ultima ſententia ſignata non ſit ſua, ſed alterius Doctoris Anonymi. Hic autem potuit eſſe Henricus de Hoſtio nominatus à Joanne Vitali. Cùm ergo evidenter conſtet, quòd non fuerit Henrici de Haſſia, ſed alterius ab ipſo citati; jure ut diverſum enumeramus.

HENRICUS van Hulten, Societatis Jesu Belga in Theſibus Theologicis de Peccato, Gratia, Juſtificatione & Merito, habitis Lovanii 18. Novembr. 1658. Concluſ. 9. defendit hanc Concluſionem: In iis, quæ de peccato originali dicimus, *puriſſimam Virginem MARIAM comprehendi nolumus; à labe enim originali immunem eam fuiſſe, certum eſſe putamus: à periculo verò hujus incurrendæ tam remotam fuiſſe arbitramur, quàm fuerunt Angeli.* Et hoc ipſum ſenſiſſe & docuiſſe D. Thomam. Fuerunt impreſſ. ibidem, eodem anno in 4.

Item, in Theologiâ habitâ die octavâ Julii anno 1659. Theſi 17. hæc defendit: *Sacratiſſimam & Immaculatam Dei Genitricem Virginem MARIAM ab originali labe immunem planè fuiſſe, omnino & abſolutè certum eſt.* Impreſſ. ibidem in 4.

HENRICUS Lancilotus, Ordinis S. Auguſtini Doctor Lovanienſis, in libro ſub titulo: Hæreticum: Quare? per Catholicum: Quia, in omni materia religionis controverſa ſolutum, quod ſcilicet de peccato originali parvulorum, ad hanc Hæreticorum objectionem: Quare Papiſtæ docent filios fidelium contrahere peccatum originale, ideoque debere baptizari, quamvis peccatum originis non imputetur? Sic ait fol. 449. Reſpondeo & dico, omnes homines & parvulos, qui ex ſtirpe Adæ naturali generatione propagantur (unde Chriſtus excipitur de Virgine natus) habere neceſſitatem, & debitum contrahendi peccatum originale; ita ut illud re ipſa in conceptione contrahant, *niſi ſingulari privilegio præveniantur, quod creditur conceſſum Deiparæ Virgini MARIÆ.* Lib. impreſſ. Antuerpiæ, anno 1631 in 8. regali.

Item, in libro: Lapis adiutorij, hoc eſt, in Pſalm. 4. Davidis Cùm invocarem, *de Conceptione Immaculata Virginis MARIÆ* indicem concionatorium. Impreſſ. Antuerpiæ anno 1641 in 4.

Item, in libro: Viticula Mariana viginti pampinis myſticis in gratiam ſtudioſæ juventutis adornata, folio 16. Pampinus tertius: *Deiparæ Conceptio illibata*; ubi agit latè de præſervatione. Et folio 144. in orationibus ad B. Virginem agit etiam paſſim de ejus puritate. Lib. impreſſ. Gandavi 1614. in 16.

HENRICUS de Langeſteyd, dictus etiam de Haſſia, Ordinis S. Auguſtini Germanus, dicitur ſcripſiſſe Librum contra diſceptationes, ...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

contrarias prædicationes Fratrum Mendicantium *ſuper Conceptione B. MARIÆ Virginis*, & contra maculam D. Bernardo mendaciter impoſitam. Sed hunc Auctorem exiſtimo eſſe ipſum, qui ſupra.

HENRICUS Lantgravius Haſſiæ Comes, edidit reſcriptum ſequens: Nos Henricus Dei gratiâ Lantgravius Haſſiæ, Comes Zigenhein & Medde, &c. Fatemur publicè, denuntiamuſque omnibus vigore præſentium. Poſtquam hactenus inter Religioſos venerabiles & honeſtos, nobis chariſſimos, devotos ac probos Patres & Fratres utriuſque Conventûs Marpurgi Nudipedum, & Prædicatorii Ordinis, contentiones & diſſidia oborta ſunt; & præſertim laudabile *feſtum Conceptionis intemeratæ Virginis MARIÆ* mæſtorum Conſolatricis ſingularis, à prædictis Patribus & Fratribus, ſecundùm doctrinam Patrum, & etiam morem utriuſque Ordinis præfatorum Conventuum concionando, pſallendo & legendo in Eccleſiis duplici contrario ritu celebratum eſt: hinc eſt, quod ad omnipotentis Dei, glorioſiſſimæ Virginis MARIÆ mæſtorum ſingularis Conſolatricis ſuper omnes benedictæ, & omnium cœleſtium Hierarchiarum laudem & gloriam & proſperitatem, ſalutem & conſolationem majorum noſtrorum, omniumque fidelium defunctorum animarum, etiam diſſenſiones, quæ ex hoc inter ſubditos noſtros oriri poſſent attendentes, maturo & deliberato conſilio Conſiliariorum noſtrorum intenderimus præmemoratos Patres & Fratres inter ſe mutuò conciliare, & ad concordiam perducere, & potiſſimùm prędictos Patres & Fratres Ordinis Prædicatorii informare, quod ob allegatas rationes deſideremus & velimus, prædictum feſtum Conceptionis non aliter concionando, pſallendo & legendo, quàm ut ab alma Matre Eccleſia celebrari inſtitutum, à Beatiſſimis Patribus noſtris Summis Pontificibus ratificatum & confirmatum, & etiam in Diœceſibus Moguntina & Trevirenſi, Parochia item noſtra Marpurgenſi, & prædictorum Patrum Nudipedum Conventu peragi ſolitum, etiam ab ipſis impoſterum ſemper obſervari & celebrari, & ita unà cum præfatis Eccleſiis & Conventibus idem feſtum ſumma cum devotione concorditer, *ſub titulo & nomine Conceptionis* venerari. Ad quod prædicti Patres & Fratres Prædicatorii Ordinis bona & matura deliberatione prævia, Nobis inſtantibus voluntariè ſe obligarunt, &c. Datum ipſo feſto S. Silveſtri, anno 1479. Extat hoc Decretum apud Patrem Wadding. tom. 7. Annal. eodem anno, num. 18. & apud Ægidium Schieſel de Myſterio præſervationis, pag. 40.

HENRICUS Laureys, Societatis JESU Belga, in Theſibus de Peccatis, habitis Lovanii diebus 21. 22. & 23. Novemb. 1650. Concluſ. 6. de Peccato habituali, hæc defendit: *Dicta de originali, & illius debito Deiparam non concernunt, quæ utroq; immunis fuit.* Impreſſ. eodem anno in 4.

HENRICUS Lochius, Ordinis Minorum, cum aliis ſex Patribus ſuæ Provinciæ Colonienſis edidit ſupplicem Libellum *pro retinendo titulo Immaculatæ Conceptionis*. Incipit: Sanctiſſime Domine pervenit ad has extremas Eccleſiæ in Germania partes, &c. Extat in folio in Archivo Gandenſi apud Minores.

HENRICUS Marcellius, Societatis JESU Rhenenſis, in libro dicto: Theologia Scripturæ divinæ in quatuor libros Sententiarum, &c. lib. 1. parte 5. folio 56. agit *de Conceptione atq; Nativitate Immaculata B. Virginis MARIÆ*, & pro ipſis adducit loca ſacræ Scripturæ. Impreſſ. Bruxellis 1658. in 4.

HENRICUS Mauroy, Ordinis Minorum Gallus, in Apologia in duas partes diviſa, de Abraham ſcilicet, Iſaac & Jacob, & de Chriſto JESU & fide Catholica, &c. parte 1. folio 165. agit *de Genealogia, parentibus ac ortu ſacratiſſimæ V. MARIÆ* uſq; ad fol. 182. Lib. impreſſ. Pariſiis 1553. in 4.

HENRICUS Modeghe, Magiſter Ordinis Eremitarum S. Auguſtini Germanus, edidit Tractatum in quo tuetur Virginem MARIAM *fuiſſe immunè à peccato originali*, ut refert illius Religionis Scriptor Joannes de Meppis etiam Germanus, in Tractatu de Conceptione, Auctore 7.

HENRICUS N. Magiſter, in quodam Sermone, qui incipit: Conſurget virga, &c. affirmat *Virginem conceptam fuiſſe abſque originali peccato*. Ita Leon in Bibliotheca manuſcr. claſſe 9. Ejus verò verba vide apud Bartholom. Guerrero de Concept. fo. 2.

HENRICUS de Nauda, Decanus Eccleſiæ Trecenſis, fundavit ſolemne officium *Immaculatæ Conceptionis* in eadem Eccleſia ad annum 1312. ut teſtatur Andreas Sauſaius Epiſcopus Tullenſis, in ſua ſerie Chronologica manuſc. pro Immaculata Conceptione.

HENRICUS Paludanus, Ordinis Minorum Leodienſis, Latinè reddidit Sermones, ſeu duas Conciones *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*, à R.P. Fr. Didaco de la Vega elaboratos; ut videre eſt in libro impreſſ. Coloniæ 1606. & 1610. à fol. 28. uſque ad 75. in 8. & Venetijs 1611. in 8.

HENRICUS Pantaleon, Baſileenſis Doctor, in lib. de Chronographia Eccleſiæ Chriſtianæ agit *de inſtitutione feſti Conceptionis V. MARIÆ* à Concilio Baſileenſi facta, ſeſſ. 36. Impr. Baſileæ 1551. in fol.

HENRICUS Petrus Typographus, recollegit aliqua Opuſcula, & inter alia unum cujus titulus eſt: Chriſtophorus Colon, de prima Inſularum in mari Indico, quæ ſub Ferdinando Rege Hiſpaniarum facta eſt, & fol. 116. agit de Inſula primò ab ipſo vocata *S. MARIÆ Conceptionis*. Baſileæ 1533.

HENRICUS Pimentel Hiſpanus, & Epiſcopus Conchenſis, fecit Conſtitutionem Synodalem *circa obſervationem feſtivitatis Conceptionis Dominæ noſtræ Virginis MARIÆ*. Item, conceſſit quadraginta dies Indulgentiarum jejunantibus *vigiliam Conceptionis B. Virginis MARIÆ*. Vide de hoc verb. Conchenſis Eccleſia.

HENRICUS de Piro, alijs Henricus Brunonis, Ordinis Carthuſianorum Colonienſis, ſcripſit plura *circa puritatem Conceptûs ſemper candidiſſimæ Reginæ cœlorum MARIÆ*. Marrac. in Bibliot. folio 564. & in Catal. ad ann. 1469. Piſtoia, fol. 156.

HENRICUS Schadehoet, Magiſter Ordinis S. Auguſtini Theutonicus, in multis Poſitionibus ſuis editis in Univerſitate Roſtockenſi ſuſtinuit *Virginem MARIAM fuiſſe conceptam ſine peccato originali*, ut refert P. Fr. Joannes de Meppis in ſuo Tractat. de Conceptione, Auctore 7.

HENRICUS Sedulius, Ordinis Minorum Flander, in Explicatione ſalutationis Angelicæ: Quòd MARIA gratiâ plena erat, & bene plena, quia cæteris per partes præſtatur; MARIÆ verò ſimul ſe tota infudit plenitudo gratiæ, &c. ô Beatiſſima Virgo MARIA, non ſine ratione te ſalutavit Angelus: Ave gratiâ plena, Dominus tecum, *quia nunquam fuit MARIA abſque Domino*, in libro 3.

bro 3. Apologetici de Pietate & moribus Franciſcanorum, cap. 16. fol. 160. & 183. Lib. impr. Antuerpiæ 1600. in 4. regali. Et cap. 15. folio 166. vocat *Virginem MARIAM Immaculatam, &c.*

Item, in diva Virgine Moſæ Trajectenſis, &c. folio 2. & 151. & 158. & 159. vocat *Virginem MARIAM inviolatam, integram, pleneque puram, immaculatam, ac ſupra omnes decoram, &c.* Vide alia hujuſmodi locis citatis. Lib. impreſſ. Antuerpiæ 1609. in 8. regali.

HENRICUS Schckeilingen, aliàs Bebelius, Orator facundiſſimus, in ſuis Orationibus *puriſſimam Conceptionem MARIÆ Dominæ noſtræ tutatus eſt*, ut refert Daniël Meyer. verb. Oratores, fol. 175.

HENRICUS Sextus (abſque alio cognomine) edidit Librum Sermonum, in quo etiam eſt Concio de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ; & immunitatem ejus ſic explicat: Nubes ex aquis marinis generatur, & in altum virtute ſolis elevatur, & in dulcedinem convertitur; ſic B. Virgo de originali propagatione Adæ ſumpta, per reſpectum Solis Juſtitiæ elevata eſt, *& dulcorata ab omni amaritudine originalis culpæ*, quæ ſemper transfunditur in poſteros, &c. Serm. de Nativitate Virginis, *ipſam à peccato originali immunem prædicat.* Hunc citat Andreas de Peruzzinis in Analyſi Conceptionis, art. 2. fol. 95.

HENRICUS Spondanus, in Gallia Narbonenſi Epiſcopus Apamiarum Gallus, in tomo 1. ſuorum Annalium refert, quòd anno 1350. Monachus quidam Cracoviæ in Polonia Paulus nomine, cùm auſus eſſet in ſacra ad populum concione dicere, *Deiparam Virginem conceptam fuiſſe in peccato originali ſubitò cecidit & expiravit ſermone nondum finito*, eaque res alijs multis de eadem materia diſputantibus grandem incuſſit timorem, &c. Et *quòd pro aſſertione Immaculatiſſimæ Conceptionis Deiparæ Virginis, ejuſque propugnatione paratiſſimus eſſet*, quoties contingeret eam in dubium revocari, toties vitam profundere. Hæc in primo tomo. Item, de Decreto Concilij Baſileenſis *circa Conceptionem Virginis MARIÆ* & ejus feſtivitatem, atque de examine utriuſque ſententiæ, ad annum 1435. num. 12. & 1439. numero 38. Item, circa Decreta Sixti IV. *de Conceptione Immaculata Virginis MARIÆ*, ac ejus feſtivitate, ad annum 1476. num. 3. & 1483. numero 8. Item, de fundatione Religionis Monacharum Toletan. *ſub titulo Immaculatæ Conceptionis*, ad annum 1484. num. 9. Item, de controverſia inter Trithemium Abbatem, & Wigandum Cauponem *circa Immaculatam Conceptionem Virginis MARIÆ*, ad annum 1494. num. 14. Item, de controverſia Joannis Veri, & Decreto Univerſitatis Pariſienſis *circa Conceptionem puriſſimam Virginis MARIÆ*, ad annum 1497. num. 8. Item, ad annum 1619. num. 14. agit de erectione & confirmatione Militiæ *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*. Item, ad annum 1616. num. 7. & 1622. adducit Decreta Summorum Pontificum Pauli V. & Gregorij XV. *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*. Quæ omnia reperies in lib. impreſſ. Lutetiæ Pariſiorum, ann. 1641. in folio. Item, ad annum 1546. num. 6. de exemptione *Virginis MARIÆ à peccato originali*, in Concilio Tridentin. Item, in Epitome Annalium Cæſaris Baronij S. R. E. Cardinalis, ad annum 1136. numero 3. *de Immaculata Conceptione Dei Genitricis*, & quando ejus feſtum celebrari incœperit. Lib. impreſſ. Lutetiæ 1617. in folio. Item, in Annalibus ad annum 1397. numero 7. quomodò Fr. Guilielmus Valone Epiſcopus Ebroicenſis, D. D. Regis Caroli VI. Confeſſarius, tanquam infamis fuerit pulſus è Regno, *quia Virginis MARIÆ immunitatem negabat*; ſtatuitque Rex nunquam deinceps ex eo ordine Confeſſarium eligere. Vide eundem ubi ſupra.

HENRICUS Suſo, Ordinis Prædicatorum, in Dialogo Sapientiæ, cap. 16. egregiè puritatem Virginis in ſua creatione commendat, dicens: Et quid tibi in mentem venit, aut qui tàdem affectus eras in illa tua ſempiterna incommutabilitate, & incommutabili æternitate, *cùm tamen prædeſtinares creaturarum omnium puriſſimam, elegantiſſimam, atq; digniſſimam?* Meritò ſanè dicere tunc poteras: Ego cogito cogitationes pacis, &c. Vide Joannem Euſebium, lib. Differt. epiſt. 15. folio 288. & in ſacro Syll. §. 7.

HENRICUS de Villalobos, Ordinis Minorum Hiſpanus, circa Decretales & Extravagantes Summorum Pontificum Sixti IV. Pauli V. Gregorij XV. *de materia Immaculatæ Conceptionis*, per integram columnam in Summa ſua Theologiæ Moralis & Canonicæ, tract. 17. difficult. 25. folio 4[illegible] num. 11. Impreſſ. Salmanticæ 1625. in folio.

Item, in Manuali Confeſſorum, capite [illegible] de Privilegijs Ordinum Mendicantium, fol. [illegible] etiam de privilegijs Monialium *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*. Lib. impreſſ. Barcinone 1633. in 8. & alibi ſæpe, & in quadam impreſſ. habet imaginem Immaculatæ Conceptionis.

HENRICUS de Urimaria, Ordinis S. Auguſtini, ad quæſtionem Magiſtri Sententiarum de carne, quam Verbum aſſumpſit, qualis ante fuit, & qualis aſſumpta fuit, fecit additiones, quarum ſecunda eſt *pro Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione defenſio*; ut videre eſt in Magiſtro Sent. Impreſſ. anno 1516. Baſileæ in folio. De hoc Auctore alibi loquor latè; nam noſtram ſententiam apertè tuetur in Sermone 1. de Nativitate Virginis MARIÆ, licèt in Sermone de Conceptione aliter videatur ſentire; ut videre eſt in libro Sermonum impreſſ. Hagenau, anno 1513. in 4.

HENRICUS Wichinganus vel Witingenus, Winchinghamus, Ordinis Carmelitarum Doctor Oxonienſis Anglus, edidit Librum unum *de Immaculata Virginis Conceptione* ad annum 1447. de quo Marrac. in Catalogo & in Bibliotheca, Poſſevinus, Pitſeus, & Leon claſſe 6. Joannes Baleus folio 197. Piſtoia, folio 155. R. P. Ludovicus Jacob à S. Carolo in Bibliot. Carmelitana & Mariana.

HENRICUS Willot, Ordinis Minorum Belga, in libro: Athenæ Orthodoxorum Sodalitij Franciſcani, &c. refert Auctores, qui ex Seraphica Familia ſcripſerunt *pro Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*, præcipuè folio 13. 61. 64. 1[illegible] 211. 294. 306. 315. 322. & 326. Lib. impreſſ. Leodij 1598. in 8. Et etiam dicit Cleſius, quòd ſit impreſſ. anno 1600.

HENRICUS Yonghen, Ordinis Minorum Sacræ Theologiæ Lector Belga, in libro à ſe recognito & typis mandato, cujus titulus eſt: Medulla Evangelij per Chriſtum dictata S. Franciſco, &c. habet indicem concionatorium *pro Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*. Lib. impr. Antuerpiæ, anno 1657. in fol.

Item, in Concluſionibus publicè habitis Bruxellis, die 19. Aprilis 1649. ad finem [illegible]

nit tale Impertinens: Doctor Angelicus non tantùm benè ſcripſit de Chriſto; ſed etiam de Sanctiſſima Matre ejus, aſſerens *Immaculatam ipſius Conceptionem* 1. diſt. 44. art. 2. ad 3. Item, in antiquis editionibus Expoſitionis Angelicæ (teſtibus Auctoribus fide dignis) ait: Ipſa puriſſima fuit quantùm ad culpam: quia nec originale, nec mortale, nec veniale peccatum incurrit. Et alibi: Auctor Concordantiæ dictorum S. Thomæ, citat viginti tria loca Doctoris, in quibus contrarium docuerit. In nullo omnium illorum locorum S. Doctor retractavit piam opinionem, quam in locis prællegatis tradiderat. Rectè advertit Cajetanus, in pluribus illorum nequidem fieri mentionem opinionis contrariæ. Fuerunt impreſſ. Lovanij eodem anno in 4.

Item, in libro: Nuptiæ Agni, ſive Diſcurſus exhortatorij pro ſacris Veſtitionibus, Profeſſionibus & Jubilæis Religioſorum. Itemque, de Dedicationibus Eccleſiarum, ſtreniſque ſpiritualibus novorum annorum, &c. parte 2. Exhortatione 23. folio 435. *Quomodò Virgo MARIA ab inſtanti ſuæ Conceptionis* habuit uſum rationis permanenter, & tunc votum perpetuæ virginitatis emiſit, &c. Lib. impreſſ. Antuerpiæ, anno 1658. in 4. magno.

Item, in libro: Vera Fraternitas declamanda Confratribus Sodalitatum Sacri Roſarij Dominicani, Sacri Scapularis Carmelitani, Sanctæ Zonæ Auguſtinianæ, & S. Funiculi Franciſcani, Exhortation. 18. ſuper illa verba: Quaſi plantatio roſæ in Jericho, fol. 103. *Immaculata B. MARIÆ Conceptio* ex tribus probatur particulis Salutationis Angelicæ: necnon ex ſanctiſſimi Patriarchæ Dominici, & Doctoris Angelici, aliorumque Scriptorum ex Sacro Ordine Prædicatorio, multiplici auctoritate. Ubi plura tractat de hoc myſterio. Et Exhortation. 31. fol. 480. de Miraculo quod accidit Bommeliæ Hiſpanis Legionis Bobadillæ, tempore Gubernationis Principis Parmenſis in Belgio; & quomodò liberati fuerunt ab hoſte ob repertam *imaginem B. Virginis conceptæ in vigilia Conceptionis ejus*, dum quidam miles foderet terram. Quomodò hanc ob cauſam inſtituta eſt Societas, cujus *Confratres milites Virginis Immaculatè conceptæ* appellari voluêre, &c. Impreſſ. Antuerpiæ, anno 1662. in 4.

HERACLIUS Prevoſt, Ordinis Prædicatorum Gallus & Doctor Pariſienſis, hæc habet propriâ ſignata manu, in quodam regeſto exiſtente in Archivo Univerſitatis Pariſien. manuſc. Ego Frater Heraclius Prevoſt Ordinis Fratrum Prædicatorum Conventus Senonenſis, &c. in alma Facultate Pariſienſi Sacræ Theologiæ Profeſſor, eandem & præfatam *de puriſsima Conceptione ſacratiſsimæ Virginis MARIÆ* ſemper proteſtatus ſum & profeſſor fidem: in cujus veritatis teſtimonium hic manu propria ſubſcripſi, die Julii 23. anno Domini 1575. F. Heraclius Prevoſt.

HERCULES Bangonus Mutinenſis, & Biſaciarum Epiſcopus, in Conſtitutionibus Synodalibus Diœceſanis præcepit, ut die 8. Decembris obſervetur *feſtivitas Conceptionis B. Virginis MARIÆ*. Ex lib. impreſſ. Romæ 1624. in 4. Vide verb. Sancti Angeli Lombardorum.

HERCULES Vicemala, Collega Mediolanenſis Italus, in lib. de Miraculis Sanctiſſimæ Virginis MARIÆ, miraculo 2. ſub hoc titulo: *Sanctè celebrandum eſſe Conceptionis diem*, &c. ex Guilielmo Britanniæ Rege, & Helſino Abbate. Et mirac. 2. in ordine 3. fol. 3. dicit: *Hoc etiam miraculo hominibus feſtus Conceptionis dies commendatur*; & eſt de Clerico recitante Horas B. Virginis MARIÆ. Item, mirac. 4. ſub hoc titulo: *Tertio hoc miraculo Conceptionis feſti diei auctoritas confirmatur*; & eſt de Gallo Sacerdote ex intimo ſenſu Virginem colente. Lib. impreſſ. Mediolani 1579. in 4.

Item, in vita B. Virginis MARIÆ, folio 16. *Quòd Deipara concepta fuit abſque originali peccato*, &c. Lib. impreſſ. Mediolani 1582.

HERMANNUS Buſchius Paſifilius, Poëta antiquus, in Serto roſaceo Virginis MARIÆ, de Vita, Miraculis & Paſſione Chriſti, ſic incipit:

*Cùm Deus aſtriferis olim venturus ab oris*
*Vellet ovaturo nos reparare polo,*
*Conciperis Mater, puerum genitura Tonantem,*
*Nil ex antiquæ crimine fæcis habens.*
*Inde ſtatim ternos, horis creſcentibus, annos*
*Nata, ſubis Templi limina pura ſacri*, &c.

Lib. impreſſ. Antuerpiæ 1559. in 16.

HERMANNUS Colonienſis Archiepiſcopus, in lib. Conſtitutionum Concilij Provincialis Colonienſis, ſive Enchiridion Chriſtianæ inſtitutionis anno 1536. in explicatione Symboli, ad illa verba: Natus ex MARIA Virgine, fol. 58. inquit: Hæc eſt illa MARIA, ad cujus nomen recreantur omnes animæ piorum. Eva ſiquidem diabolo aſſentiens maledictionem & mortem orbi intulit; MARIA Virgo Deo credens benedictionem & vitam protulit. Per Evam adhuc virginem ſerpentis afflatu deceptam venit calamitas; per Virginem Spiritûs S. afflatu gravidam redijt beatitudo. Per Evam prævaricantem Dei præceptum, iræ filij naſcimur; per MARIAM Deo ſubjectam ac dicto Angelico parentem, atque credentem Chriſtum accepimus, per quem renaſcimur filij Dei. Eva ſuperbiens gratiam Dei amittens audivit: Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos, in dolore paries filios; & quæ ſequitur MARIA gratiam apud Deum inveniens, humilis audivit: Ave gratiâ plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui, &c. natus ex MARIA Virgine, illæſa ipſius virginitate ac pudore permanente: *idque propter nos, ut nativitatem noſtram originalis peccati maculâ pollutam purgaret Deus & homo. Nam quî poſſet hæc, niſi eſſet pariter Deus & homo? Quis enim, ut Iob ait, poteſt facere mundum de immundo conceptum ſemine? Nonne tu qui ſolus es?* Lib. impreſſ. Veronæ 1541. in 4.

HERMANNUS Hugo, Societatis JESU, in vita Joannis Berchmanni, *de puritate Virginis glorioſæ abſque peccati labe conceptæ* agit fol. 209. & 270. Lib. impreſſ. Antuerpiæ 1636. in 8.

HERMANNUS Joſeph Steinfeldenſis, Ordinis Præmonſtratenſis Belga, in ſuis Carminibus de B. Virgine MARIA, cecinit:

*Tu nive candidior, Lunæ tu clarior aſtro,*
*Nec tua virginitas partu vitiata, nec ullis*
*Ille tuus poterit maculis nigreſcere candor.*

Et in aliis Carminibus, ſic inquit:

*O Roſa! ſed Roſa quæ ſuperas decus omne Roſarum.*
*O Roſa! nullius ſceleris quæ ſpinea ſpina, &c.*

Extant Carmina iſta apud R. P. Gerardum de Herdegom Præmonſtratenſem in ſuo libro dicto: Diva Virgo candida, fol. 81. & fol. 179. Et extat impreſſ. etiam Antuerpiæ in 8.

HERMANNUS Petra ſeu Petri, Stutdorpæus Ordinis Carmelitarum (vel Carthuſianorum ex Bibliotheca Carthuſiana) Theodorj Petrei Belga, ſcripſit Tractatus plures *de immunitate B. MARIÆ Virginis ab originali macula*. Ita Marrac. in Bibliot. fol. 572. & in Catal. ad ann. 1425. Alium invenio ejuſdem nominis ex Carthuſiana Familia, qui etiam ſcripſit *pro Immaculata Conceptione*, ex Trithemio, Poſſevino, Petrejo, atque Leone: & an fuerint diverſi, inveſtigare non potui. Piſtoja folio 156. vocat Henricum Petra.

HERMANNUS de Schildis vel de Schelis Germanus, Ordinis Sancti Auguſtini, præclarum Tractatum ſeu librum *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ* in lucem edidit ad annum 1340. Quem Tractatum habemus manuſcrip. prælo paratum ex Biblioth. Regia Pariſienſ. ubi extat in 4. Item, in ſua Hiſtoria mundi, quæ figuris & iconibus expreſſa eſt, ad an. mundi 6670. Chriſti verò 1471. in Sixto IV. Pont. Maximo aſſerit, quòd prædictus, antequam ad Summum Pontificatum aſcenderet, *ſcripſit Librum de Conceptione B. MARIÆ Virginis*. Lib. impreſſ. anno 1493. in fol.

HERMANNUS Torrentinus, in lib. Evangeliorum & Epiſtolarum, quæ Dominicis & ſacris diebus leguntur, *pro Conceptione Immaculata Virginis MARIÆ* Evangelium. Lib. impreſſ. Coloniæ 1590. in 4. & 1602. in 8.

HERMAS Letmatius, in libro de inſtauranda Religione, cap. 13. de ſacris ritibus; unde agnoſci queat, quis verè ritus Eccleſiaſticus ſit, quis non; inquit: *Talis eſt forſan ea, quâ Virginem Matrem dicimus ab initio non ſanctificatam ſolummodò, ut Hieremias & Præcurſor, ſed ab omni labe præſervatam.* Quare neque poſſunt ritus, qui ex id genus opinationibus profecti ſunt, propriè Eccleſiaſtici nuncupari, ſed affines dumtaxat Chriſtianæ religioni, &c. Impreſſ. Baſileæ 1544. in folio.

HERMITE Vauzelle Gallus, in Expoſitione ſalutationis Angelicæ, ſive Ave MARIA, folio 11. ait: *V. MARIA fuit ſine maledictione*, & ideo dictum eſt ei Ave; circa quod plura adducit pro immunitate Virginis. Et fol. 27. *Quòd V. MARIA fuit Immaculata à momento ſuæ Conceptionis*, ipſamque vocat Immaculatam, liberamque, & immunem ab omni peccato, per totum librum. Impreſſ. Gallicè Pariſijs 1643. in 8.

HERNANDUS Canus de Montoro, Poëta Hiſpanus, elaboravit Epigramma *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*. Extat impreſſ. Baëzæ cum alijs 1618. in 4.

HERNANDUS Lopez Buenavida, Doctor Hiſpanus, cecinit *pro Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione Trophæum duplex*. Extat impreſſ. Baëzæ cum alijs 1418. in 4.

HERNANDUS de Peralta Montañes, Ordinis Eremitarum S. Auguſtini Hiſpanus, in lib. de CHRISTO & MARIA, *de Immaculata Conceptione Virginis Dominæ noſtræ* Sermonem à folio 1. uſque 33. Lib. impreſſ. S. Lucæ de Varrameda 1626. in 4.

HERNANDUS de Santiago Hiſpanus, edidit *Sermones de Conceptione Immaculata B. Virginis MARIÆ* Salmanticæ. Ita Marrac. in Catalogo Marian. ad ann. 1594. & 1607. in Sermonibus de B. Virgine.

HERNANDUS de Sanctiſtevan, Doctor Hiſpanus, edidit Epigramma ingenioſum *pro Virginis MARIÆ Immaculata Conceptione*. Impreſſ. Baëzæ, anno 1618. in 4.

HERNESTUS Epiſcopus Leodienſis, facultatem impertivit, ut typis mandaretur Breviarium illius Eccleſiæ, quod folio 659. habet officium *Conceptionis B. Virginis MARIÆ*, &c. Impreſſ. 16..

HEYLAN Belge Antuerpienſis, Ordinis Minorum, excudit laminam illam pulchram, cujus titulus eſt: Seraphicæ Religionis vox *pro tuitione Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, cum Doctoribus & Scriptoribus Seraphicæ Religionis, & duplici imagine Immaculatæ Conceptionis. Impreſſ. Granatæ, anno 1625. in charta expanſa. Vide Gregorium Camara.

HEYMERICUS de Campo, ſacræ Theologiæ Profeſſor in Univerſitate Colonienſi, & poſtea Lovanienſi Viceeancelarius, & Lector ordinarius, Germanus, ſcripſit Defenſorium Revelationum S. Birgittæ, quod extat manuſc. in Conventu ſeu Monaſterio Waztenenſi Ordinis S. Salvatoris in Suecia cum illo Turrecrematæ, & alijs. Prologus ergo operis incipit ſic: Ad honorem & gloriam Dei in unitate eſſentiæ perſonaliter trini, ſecundùm mirabile, & ineffabile ejus nomen in ſæcula ſæculorum laudabilis, &c. Opus verò taliter diſponſurus ad quoſdam articulos in libro Revelationum B. Birgittæ contentos, &c. Et articulo pagina 226. dicit ſic, ad illa verba: Per ſimilem modum coniunctio parentum B. Virginis, quia ex mandato Dei erat cauſa, quòd non contraxit peccatum originale, &c. Hic articulus infra cap. 55. reſumitur, ubi dicitur quòd nullum fuit honeſtius matrimonium, quàm Joachim & Annæ. Nec (ut arbitror) infideliter, ſed credibiliter figuraliter innuit illud Eccleſiaſtici: Aufer rubiginem de argento, & egredietur vas puriſſimum. In quo enim diſpoſitio & habitudo, ſeu portio ſeminalis materiæ, & actus ſibi proportionatus in ejuſdem generis, ſecundùm Philoſophum; *quemadmodum generatio Chriſti fuit ſupernaturalis à peccato originali immunis; ita & generatio ſuæ Matris ei materiam præparantis, præſertim cùm hujuſmodi juſtitia fuerat in utroque ſexu generis humani inſtituta*, ad quam poſt ejus lapſum reparandum, prout exigebat juſtitia rationis originalis, & reſtaurationis originalis converſus ordo. Eo modo Adam novus creabatur de incorrupta fœmina, ſicut ab Adam veteri deſcendit fœmina ſuæ virtutis propagalis ſocia. Quamobrem illud carnale Joachim & Annæ conjugium (in quo fervor concupiſcentiæ inhonestæ extinguebatur, & refrigerabatur per zelum charitatis, juxta illud Sophoniæ: In igne zeli devorabitur omnis terra) prædicatur non perfidè, ſed honeſtiſſimè, quaſi de bono delectabili carnis in bonum honeſtum Spiritûs, ſua charitativa circa omnem illicitum concupiſcentiæ motum immobiliter ſuſpẽdentis, heroicè transformatum. Quid enim decentius eſt, quàm quòd cooperatrix reparationis humani generis, eſſet non indigens beneficio paſſivo talis reparationis, ſicut decet medicum alicujus ægritudinis ad hoc, quòd perfectè curet, non eſſe obnoxium hujuſmodi infirmitatis?

Item, in Epiſtola parte 1. articulo 24. difficultate 20. fol. 299. ſic dicit: Difficultas, lib. 6. cap. 4. eſt: *Si poſſit ſuſtineri pia fide quòd præceptum divinum ſanctificavit copulam carnalem Ioachim & Annæ ſanctitate Cõceptionis B. MARIÆ à peccato originali præſervante?* Ad quod poteſt dici, quòd non ex formali & communi modi ſui præcipiente lege, ut obſ...

objectio contra hæc præmiſſa, ſed ex privilegiata ſuæ intentionis pietate hujuſmodi copulâ ad conceptum deiformiter dirigente; ſicut contingit manum paralyticam occaſione ſui tremoris ad ſcribendam litteram regularem ineptam, modo directivo alterius ſcribentis non paralyticam, ad formandam litteram manuduci.

Item, in Dialogo ſuo, fol. 343. ſic dicit: In eodem dicitur, quòd commixtio parentum B. Virginis, quia ex mandato Dei fuit, erat cauſa quare non contraxit originale peccatum; quod reſumitur cap. 55. ubi dicitur: Quòd nullum fuit honeſtius matrimonium, quàm Joachim & Annæ. *Loquitur de mandato Dei privilegiantis conjugium, unde oritura erat immunitas peccati*; & non de mandato legis communis.

Item, in alia Epiſtola num. 24. ſic inquit: Lib. 6. cap. 49. *prout innoxium B. Virginis MARIÆ in utero ſuæ matris Conceptum* reſolvi caſualiter in divinum ejus parentes ad mutuam carnis copulam movens præceptum; ad innuendum, quòd illa ſpecialis naturæ propagandæ præceptio fuit privilegiata benedictionibus Chriſtiferis ab Abraham uſque ad Joachim, & Annam genealogicè deducentis, gratificatio, ac geminæ ſuæ originalis fœcunditatis benedictione ſimplex maledictæ libidinis *peccatum originale moraliter ſeminantis, maleficium prohibens, & à communi carnaliter naſcentium contagione præſervans, ut ſic Immaculatæ Conceptionis benedicta Chriſti caro ſequeſtraretur de incontaminato ſuæ benedictæ Matris*. . . . prout congruit connaturali generantis & geniti, locantis & locati, nutrientis & nutriti ſimilatio, & conſubſtantiali eorumdem in una materia originalis conſortio. Originale erat viciatum.

HIBERNIÆ Regnum apud Loughreagh, fecit ſtatutum die 7. Decembris 1650. Per Comitia Generalia Regni Hiberniæ. Hæc Generalis Congregatio attentè conſiderans periculoſum ſtatum & conditionem, ad quam hæc Natio per hoſtis potentiam ac ſucceſſum (quem defectus mutuæ intelligentiæ ac diviſiones in populo exortę, magnâ ex parte auxerunt) jam nunc redacta eſt: eâ animorum inter nos differentiâ, Dei gratiâ, per ſolemnem Declarationem hodie in hac domo unanimiter conceptam, concluſam & lectam, remotâ; firmam Nationis unionem redintegravit. Ex quo Dei beneficio ſingulari, tanta fœlicitas *in ipſo profeſto Conceptionis B. Virginis MARIÆ* occurrens, hanc Congregationem induxit ad offerendum Deo, tanquam in gratiarum actionem (pro infinitâ ejus miſericordiâ in hanc Nationem extensâ, & ut ſuper eandem ulteriores benedictiones ac miſericordias, quæ ad eam contra potentiam hoſtis protegendam valerent, ſuperinfunderet) hunc actum devotionis *per annos ſingulos diem octavum Decembris in honorem B. Virg. MARIÆ ſolemniter celebrandi*. Et declaratum ac concordatum eſt, quòd, quantùm eſt ex parte hujus Congregationis, ita ſit: & per præſens Decretum commendatur omnibus partibus hujus Regni pro die feſto annuè ac in perpetuum celebrandus. Et ulterius concordatum eſt, quòd primâ datâ opportunitate, apud ſuam Sanctitatem pro ejuſdem obtinendo conſenſu ad dictum diem octavum Decembris pro feſto ſemper in futurum celebrando, nomine hujus Nationis ſupplicetur. Richardus Blake Comitiorum Prolocutor. Extat Lovanij in Collegio Patrum Hibernorum.

HIEREMIAS Drexelius, Societatis JESU Germanus, in libro: Roſæ ſelectiſſimarum virtutum, quas Dei Mater orbi exhibet, part. 1. in ſuccincta Chronologia de annis B. Virginis, ſic incipit: *MARIA Mater Domini IESV æterna Virgo concepta eſt anno ab orbe condito 4037. à condita Vrbe Romana anno 736. die 8. Decemb. Nata eſt anno proximo die 8. Septemb.* &c.

Item, in Elogijs ſeu Epithetis ſacratiſſimæ Virginis MARIÆ, collectis vel deſumptis ex Græcorum Patrum dictis vel ſcriptis, per alphabetum diſpoſitis, invenies plura, ſcilicèt *quòd Virgo fuerit Immaculata, ſpeculum totius ſanctitatis, tabernaculum ſanctificatum*, & his ſimilia. Lib. impreſſ. Antuerpię 1636. in 24. regali.

HIERONYMA Marquez, fœmina Hiſpana, elaboravit Cantionem *circa Conceptionem puriſſimam ſacratiſſimæ Virginis MARIÆ*. Impreſſ. cum aliis apud Zapatam de Conceptione, fol. 114.

HIERONYMUS Albertucius Buſellus, Ordinis Prædicatorum Bononienſis, *de Conceptione B. Virginis Dei Genitricis MARIÆ* Librum unum. Ex Hippolyto Marraccio in Biblioth.

HIERONYMUS de Alcala Yañez, Doctor Medicinæ Hiſpanus, in lib. de Miraculis Dominæ noſtræ de la Fuencisla Segovien. atq; de ejus tranſlatione & aliorum, fol. 47. 87. 88. 96. plura adducit Poëmata ſeu Cantiones *pro Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*. Vide ibi. Lib. impr. Salmanticæ 1615. in 8.

HIERONYMUS de Aldovera Monçalve, Ordinis S. Auguſtini Hiſpanus, in lib. Sermonum de feſtivitatibus Sanctorum, ſerm. de S. Agnete, diſcur. 1. folio 612. inquit: Agora ſe entendera la diferencia dicha de la Reyna celeſtial; no ſe dice adducentur, ſinò aſtitit Regina; *Porque como la hermoſura de ſu gracia no tubo que enmendar*, no fue neceſario hacer con ella la diligencia que con las demas, eſtubo ſiempre con el Rey ſin apartarſe un punto de ſu lado, mas las otras Virgines, adducentur, ſeran traidas, &c. Lib. impreſſ. Cæſarauguſtæ 1625. in 4.

HIERONYMUS Alexandri Italus, fecit Epigramma tale:

*Conceptus ſine labe tuos, puriſſima Virgo,*
*Vox meritò laudat, quæ ſine labe fluit, &c.*

Et eſt cum Gaſpare de Simeonibus in Oratione de concepta Deipara.

HIERONYMUS Allè, Ordinis S. Hieronymi Fiſolen. Italus, in Concione de Nativitate Virginis MARIÆ, parte 1. inquit: *Sei concetta ſenza peccato, è concetta* ſe naſe, naſce ſancta, ſe vive, ſenza peccato vive, &c. Ita Andreas de Peruzzinis in Analyſi Conceptionis, art. 2. fol. 110.

HIERONYMUS Almonacirius, Ordinis Prędicatorum, in Commentarijs ſuper Cantica Canticorum Salomonis, capite 4. folio 214. à tergo, ad illa verba: Tota pulchra es amica mea, &c. inquit: De Militante verò Eccleſia, difficultate non caret, quomodò verè explicari poſſit, quòd tota ſit pulchra: cùm apud Matthæum 13. Chriſtus comparet Eccleſiam hanc agro, in quo inter triticum naſcuntur zizania; & inter bonas fruges, ſteriles dominantur avenæ. Sunt namque inter Eccleſiam multi peccatis mortalibus deformati, & contaminati culparum maculis. Neque verò mihi videntur ſatisfacere illi, qui reſpondent verba hæc referenda eſſe ad præcipua Eccleſiæ membra; *Chriſtum in quo nullum potuit eſſe peccatum, & Virginem*

*ipſam Deiparam, quæ fuit immunis ab omni peccati maculæ*;nam cùm dicit totam, omnes partes Eccleſiæ complectitur, atque ita ſi aliqua pars eſt, quæ pulchritudine careat, non videtur quòd tota ſit pulchra; unde alij ſecuti Auguſtin.&c. Et infra cap. 8.part.2.fol.142.loquens de Virgine in Sermone de Aſſumptione, hæc habet: Percunctatur ergo, quæ ſit hæc fœmina virili robore & fortitudine prædita, tantâ prudentiâ inſignis, quam neque ſerpentis aſtutia ſeducere potuit, nec pomi pulchritudo ad peccatum allicere, nec dæmonis, mundi, & carnis incitamentum ulla ratione ab altiſſimo ſanctitatis gradu depellere; *quæ ab ipſo ſtatim Conceptionis ſuæ momento,omni culpa,etiam leviſſima carens*,divini amoris impulſu incitata, aquilis velocior,imo verò omni alacritate,prõptitudine, ardore&velocitate ſuperans,aſcendere ſemper conata eſt,nunquam vel per leviſſimam culpam deſcẽdens.Item,infra fol.146.Admirabantur,ut dixi, in fœmineo, fragili & lubrico ſexu tantam animi celſitudinem, conſtantiam & robur invictum, *quod nulli unquam, vel leviſſimæ culpæ ſuccubuit*. Impreſſ. Compluti 1588. in folio.

HIERONYMUS de Andrada,Ordinis Carmelitarum Hiſpanus, *de puriſſima Conceptione Dominæ noſtræ*,ſuper Evangelium: Liber generationis JESU CHRISTI, deſumptum ex ſermonibus, quos in aula Matritenſi ejus Germanus Frater Didacus Lopez de Andrada,Ordinis D. Auguſtini Archiepiſcopus Hieruntinus prædicavit,Tractatum unum.Impreſſ. Neapoli 1633.in 4.

HIERONYMUS Angelita Italus, in hiſtoria tranſlationis SanctiſſimæDomûs Lauretanæ, &c. in Epiſtola dedicatoria ad Clementem VIII.Pontificem Maximum, loquens de illa domo Bethlecmitica Sanctæ Annæ,ac Virginis MARIÆ domicilio,*vocat ipſam Deiparam ſemel & iterum Immaculatam*. Lib. impreſſ. Fermi 1586. in 12. Vide Vincentium Brigantium.

HIERONYMUS de Arriaga, Ordinis Minorum Hiſpanus, in cauſa & lite *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ* exorta Mutiæ, multùm laboravit pro defendendo myſterio; de quo Daza in libro de Conceptione.

HIERONYMUS de Aznar Embid, Ordinis Sancti Auguſtini Hiſpanus,edidit Conceptus *in honorem puriſſimæ Conceptionis Matris Dei*, Opus in 3. cap. partitum. Impreſſ. Oſcæ 1620. in 4.cum imagine Immaculatæ Conceptionis.

HIERONYMUS Baptiſta de Lanuza, Ordinis Prædicatorum, & Epiſcopus Barbaſtrenſis & Albarracinenſis, in Tractatibus ſuper Evangel. Latino ſermone conſcriptis, tractatu 4. de Dilectione inimicorum, numero 135. parte 4. §. 18. folio 82. inquit: Hæc enim maxima Sanctorum cura eſt,orare pro peccatorum ſuorum remiſſione, pro culparum venia. *Chriſto enim excepto, inquit Gregorius (addit Auguſtinus Beatam Virginem) nullus ſine crimine vivit*; ſcriptum eſt enim: quia nemo ſine peccato, neque infans, &c. Vides, quòd eodem modo excipit Virginem MARIAM, ac Chriſtum Dominum. Et tractatu 5. numero 209. fol. 222. ſic ait: Aut verò, quia ſumma humanæ naturæ miſeria eſt peccatis perpetuò implicari, ut nullus inveniatur liber à ſorde: ſemper cùm ita loquitur Auguſtinus,*Chriſtum excipit & BeatiſſimamVirginem*, de qua(cùm de peccatis agitur)nullam vult fieri mentionem, &c. Item, in indice concionatorio adducit Elenchum pro die Conceptionis Virginis, ſed ſub hoc titulo: In feſtis Beatæ Virginis, Liber generationis,&c.*id eſt*,*Conceptione* & *Nativitate*:quia in his feſtivitatibus ſolùm legitur prædictum Evangelium. Lib. impreſſ. Cæſarauguſtæ, anno 1612. in folio.

Item, tomo 2. Homiliarum Hiſpanico ſermone, Homilia 21.folio 241.*de prima gratia recepta à Virgine MARIA in utero Matris ſuæ*,&c. Lib. impreſſ. Cæſarauguſtæ,anno 1636.in folio.

Item,tomo 3.Homilia 34.folio 317.inquit: Paraque noſotros tubieſſemos remiſſion, era neceſſario, què el que es ſolo puro, limpio, y ſin pecado, y Cordero ſin mançilla, derramaſſe ſu precioſa ſangre en el arbol de la Cruz; pero es aqui neceſſaria la advertencia de San Auguſtin,que tratãdo eſſe miſmo argumento,que ninguna perſona humana careciode pecado,ſino ſolo Chriſto,dize: *Cùm de peccatis agitur,nullam prorſus de Sancta MARIA Virgine habere volo quæſtionem*, &c. Impreſſ. Cæſarauguſtæ 1636. in fol.

Item,tom. 5.in Tabula conceptuum pro Evangelijs totius anni, hæc Hiſpanicè habet: *La fieſta de la puriſſima Concepcion de la Virgen nueſtra Señora*, indicem latiſſimum comprehendens fol. 7. Vide etiam indicem verb. Virgen MARIA.

Item,edidit pluraOpera manuſcripta, in quibus varias rationes adducit *pro tuendo myſterio Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*,quas in ejus vita refert R.P. Hieronymus Fuſſer, libro 3.cap.12. ab eoque tranſcriptas appoſuit R.P. Joannes Euſebius Nieremberg,in lib. Except.cap. 24.à fol. 401.& incipiunt ſic: Primò infertur puritas Conceptionis Virgineæ, quia ſicuti in modo, quo ſervatus eſt in generatione naturali hominum, &c. & habet undecim rationes. Vide hæc verba Hiſpanicè in noſtri Armam.Regeſto, &c.column.315.

Item,ſcripſit Epiſtolam ad Sanctitatem Pauli V. anno 1617. *circa myſterium Immaculatæ Conceptionis*, quæ eſt in eadem vita, ſcripta à prædicto Hieronymo Fuſſer.

Item, de ejus devotione circa *myſterium Immaculatæ Conceptionis* mira mihi aliquando dixit D.D. Michaël de la Nuza Conſiliarius Regius, & ejus conſanguineus.

HIERONYMUS Benerius Corrigienſis, ex Ordine Prædicatorum, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbyter Cardinalis ſupra Minervam, Epiſcopus & Princeps Aſculanus, præcepit ut cum alijs particularibus feſtivitatibus obſervaretur *feſtum Conceptionis Beatæ Virginis MARIÆ*, ſub pœnis in Conſtitutione Synodali aſſignatis. Ex libro impreſſ. Aſculi 1596. in 4. folio 42.

HIERONYMUS Bordonius de Sermoneta Italus, edidit Poëma *pro Immaculata Conceptione Deiparæ MARIÆ* Neapoli ad annum 1629. Ex Marrac. in Catalogo.

HIERONYMUS Brunorii,Imolenſis Italus, in libro: Arbor aurea Beatiſſimæ Virginis MARIÆ, folio 5. vocat illam *Lilium inter ſpinas*. Et folio 7. *Quæ ante ſæcula ordinata, quæ ſine macula nata, &c.* Lib. impreſſ. Faventiæ 1634. in 4.

HIERONYMUS Cambonus Salidienſis, Ordinis Minorum Italus, in Sermone de Puritate & pulchritudine animæ Sanctiſſimæ Virginis MARIÆ: *Quòd fuit præſervata à peccato originali, & veſtita juſtitiâ originali in ſua Conceptione*, in libro Sermonum in laudem Virginis MARIÆ. Impreſſ. Brixiæ 1622.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

1622.& 1624.in 4.fol.16. Hic ſecundùm Marrac. etiam ſcripſit Conciones de Concept. V. MARIÆ, Item, in lib. de laudibus Virginis, fo.1. ſic incipit: E per dire il vero era coſa decente, è convenente, che queſta Vergine *foſſe præſervata dal peccato origi*nale, &c. Vide latè. Impreſſ. Brixiæ, an. 1622. in 4.

HIERONYMUS Cancer & Velaſco, Poëta Hiſpanus, *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ* Cantionem, in libro variorum Operum pro feſtivitate in Eccleſia Matriten. S. Salvatoris. Impreſſ. 1651. in 4.

HIERONYMUS Carmelus, Ord. B. MARIÆ de Mercede Redēptionis Captivorum Italus, ſub hoc nomine adducitur à Martino Carrillo, Abbate Montis Aragonum in Annalibus mundi, libro 5. folio 407. à tergo: ſed de hoc, & ejus ſententia & revelatione circa *Immaculatam Virginis MARIÆ Conceptionem*, vide infra; nam proprium ejus nomen fuit Hieronymus Michaël Carmelus.

HIERONYMUS Columna, tit. S. Agnetis in Agone Diaconus Cardinalis, Baſilicæ Lateranen. Archipresbyter, Archiepiſcopus Bononienſis, Italus, fecit Decretum tenoris ſequentis, pro Prædicatoribus verbi Dei: *De Immaculata Beatæ MARIÆ Virginis Conceptione* tractaturi, ne latum quidem unguem à Tridentini Concilij præſcripto ac Summorum Pontificum Conſtitutionibus diſcedant, &c. in Bononien. Synodo Diœceſana, cap. 5. fol. 21. ut diximus ſupra, verb. Eccleſiæ.

HIERONYMUS Copola Neapolitanus, Clericus Regularis, in libro: Panegyrici in lode delle ſette feſte di MARIA Madre di Iddio, *de Conceptione Virginis MARIÆ* Panegyricos, à folio 1. uſque 48. Lib. impreſſ. Neapoli 1649. in 4.

Item, in libro prænotato: MARIA privilegijs coronata, diſcur. 2. agit *de Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*. Vide Marrac. in Catalogo ad annum 1642. & Piſtoiam, folio 137. & 157. De hoc etiam agunt quamplures Scriptores.

HIERONYMUS Corabinus Italus, in Sermone de Puritate animæ Beatæ Virginis MARIÆ, folio 11. ad illud: Tota pulchra es amica mea, inquit: Solo à lei conviene queſto, per che *fu concetta ſenza peccato originale*, &c. Ita Andreas de Peruzzinis in Analyſi Conceptionis, art. 2. folio 111. atque ejus Continuator in Appendice.

HIERONYMUS Faſolius, Societatis JESU, in primam partem Divi Thomæ, tomo 2. queſtione 23. de prædeſtinatione, artic. 5. dubit. 1. numero 13. folio 531. inquit: Sine dubio fuit omnes peccaſſe in Adamo, ac proinde habuiſſe debitum contrahendi peccatum originale, & propterea indiguiſſe Chriſto Redemptore, priuſquam contraxiſſent in ſe actualiter peccatum originale; *unde de Immaculata Dei Matre fatemur fuiſſe liberatam à peccato originali, non autem à debito, quamvis hodie non deſint, qui liberam eſſe etiam à debito aſſerant*, &c. Lib. impreſſ. Lugduni 1629. in folio.

HIERONYMUS de Ferrarijs Fontonus Bigelvanienſis, Ordinis Prædicatorum Inquiſitor Ferrariæ, in Repertorio locupletiſſimo tam librorum Sententiarum, quàm Quodlibetorum Doctoris Subtilis Joannis Duns Scoti, operâ R. P. Julii Hyſſopij Ceſænatis Lectoris Patavini ejuſdem Ordinis, in lucem edito Venetijs 1588. in 4. fol. 33. C. ante O. *Beatam Virginem fuiſſe conceptam ſine peccato originali* 4. diſt. 3. Item, M. ante A. num. 1. fol. 153. MARIA V. fortè non fuit baptizata, & rationabiliter diſpenſatum eſt cum ea, quia fortè in conceptione Filij habuit gratiam, ad quam Deus diſpoſuit eam perventuram. Nec eſt ſimilis ratio de Apoſtolis; creditur tamen & ipſa baptizata. 4. diſt. 4. quæſt. 6. ad primum C. Baptiſmus A. Juſtificatio. Item, MARIA ſi fuiſſet confeſſa, confitendo peccaſſet; quia innocens tenetur non confiteri. 4. diſt. 17. quæſt. 1. ad B. S. Confeſſio eſt neceſſaria. Item, num. 17. folio 154. MARIA ſi mortua fuiſſet, non fuiſſet beata; quia adhuc clauſa erat janua, 3. diſt. 3. quæſt. 1. K. MARIA non eſt concepta. Item, num 20. MARIA Virgo contraxit peccatum originale propter auctoritates, & quia Chriſtus eſt univerſalis Redemptor. Opinio & reprobatio. 3. diſt. 3. B. C. MARIA non eſt concepta. Item, num. 21. MARIA contraxit originale, quia propagata ex ſemine infecto. Opinio 3. diſt. 3. B. Reprobatur. E. MARIA non eſt concepta. Item, num. 22. MARIA contraxit originale, quia habuit pœnalitates ejus, Opinio 3. diſt. 3. B. Reprobatur. E. MARIA non eſt concepta. Item, num. 23. MARIAM ſine originali Deus potuit facere. Item, potuit illam ſanctificare. *An autem contraxerit originale, Deus novit, licèt probabilius ſit, quod non*; ſi tamen non repugnat auctoritati Eccleſiæ & Scripturæ. Propria opinio 3. diſt. 3. F. Solvitur ad auctoritates ut ſupra. H. MARIA Virgo non eſt concepta. Item, num. 24. MARIA non potuit eſſe ſub peccato tantùm per unum inſtans, & in tempore habito ſanctificari per potentiam Dei. Opinio, & reprobatur 3. diſt. 3. G. MARIA non eſt concepta.

HIERONYMUS de Florentia, Societatis JESU Hiſpanus, *de puriſſima Conceptione Dominæ noſtræ* Sermones quatuordecim in Mariali ſuo. Impreſſ. Compluti, anno 1625. in folio.

Item, in Sermone de Aſſumptione Beatiſſimæ Virginis MARIÆ, in dedicatione Sacrarij Sanctæ Eccleſiæ Hiſpalenſis: *Quòd Virgo MARIA fuit concepta abſque peccato originali*, per totum Sermonem; ita ut potiùs eſſet dicendus Sermo de Conceptione, quàm de Aſſumptione. Impreſſ. Hiſpali cum alijs Opuſculis ac Sermonibus, anno 1616. in 4. & Matriti 1617. à fol. 1.

Item, in Sermone pro funerali pompa D. Petri de Caſtro, Comitis de Lemos, fol. 23. *agit de Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*. Vide ibi. Serm. impreſſ. Matriti, anno 1622. in 4.

Item, in Sermone pro funerali pompa Philippi III. Hiſpaniarum Regis, declamato in Monaſterio Matritenſi Sancti Hieronymi, circa medium inquit: Cada noche antes de acoſtarſe, por mas que le agravaſſe el ſueño, rezava una orazion muy larga, que tenia impreſſa *de la puriſſima Concepcion de la Virgen*, &c. Impreſſ. Hiſpali 1621 in 4.

HIERONYMUS Forenſis, in libro Confeſſionis Auguſtanæ, lib. 2. capite 1. num 6. tenet *Virginem Deiparam fuiſſe abſque nævo originalis culpæ*. Sic Andreas de Peruzzinis in Analyſi Concep. art. 2. fol. 102.

HIERONYMUS de la Fuente, Poëta Hiſpanus, ſcripſit Cantiones *de Virgine MARIA Immaculatè concepta*; ut videre eſt apud Ferriol. de Concept. fol. 33. & 58.

HIERONYMUS Fuſſer, Ordinis Prædicatorum, ſcripſit vitam D. Hieronymi Baptiſtæ de Lanuza, ubi l. 3. c. 12. adducit *rationes pro Immaculata Virginis Conceptione*, ut refert Didacus Alphonſus Malvenda, fol. 24. & ejus verba ad litteram

adducit

adducit Joannes Euſebius Nieremberg, in lib. Exceptionum Concilij, cap. 24. §. 4. à folio 401. & prædictus Pater Fuſſer incipit ſic: Præ cæteris myſterijs ſanctiſſimæ vitæ Beatiſſimæ Virginis, quæ celebri & ſolemni devotione recolere ſolitus erat haud ſine magno animi ſolatio, hic ſervus illius, fuit Conceptionis ejus puritas, &c. Vide ibi latè.

HIERONYMUS Fuſter, Poëta Hiſpanus, ad annum 1486. ſcripſit *pro Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*; ut videre eſt in Opere Ferrandi Diaz.

HIERONYMUS Gallus Novarienſis, Ordinis Minorum Italus, in tert. Sent. diſt. 3. quæſt. 1. de Immunitate B. Virginis MARIÆ ab actuali peccati originalis contractione; cujus primum Caput eſt ſic: Referuntur Auctores eam immunitatem tutantes. 2. Probatur aliquo modo ſententia affirmans *B. Virginem in ſua Conceptione puram & Immaculatam extitiſſe*, ex ſacra Scriptura, Concilijs, ſummis Pontificibus, Decretis, & conſenſu Eccleſiæ. 3. Probatur eadem ſententia *puritatem B. MARIÆ in Conceptione adſtruens*, teſtimonijs Patrum. 4. Quibus rationibus eadem ſententia communiatur. Sectio ſecunda eſt: *Vtrum B. Virgo debitum incurrendi peccatum originale contraxerit?* Et probat latè per plura capita, quòd non. Lib. impreſſ. Mediolani 1645. in fol. ſtudio ac labore R. P. Franciſci Pacifici Porriegera Cremonenſis.

HIERONYMUS Gentilis, Poëta Italus, edidit Cantionem *de Conceptione Virginis MARIÆ*, ut videre eſt in libro: Il ſacro Tempio dell' Imperatrice di cieli, fol. 77. Lib. impreſſ. Venetijs ann. 1613. in 12. regali.

HIERONYMUS Genuinus, per Anagrammaton comperit, quòd hæc verba: *Conceptio Sanctiſſimæ MARIÆ*, reddunt hæc: *Mira ſatis ac ſine omni peccato*. Ita in ſuis Anagrammatibus, centuria 1. Velazquez, libro 4. diſſer. 3. adnot. 4.

HIERONYMUS Gratianus, Ordinis Carmelitarum Hiſpanus, in libro de Jubileo anni ſancti, parte 2. fol. 283. numerat ſeptem præcipuas Virginis feſtivitates, *ſcilicet Conceptionem, Nativitatem, Præſentationem, Annuntiationem, Viſitationem, Purificationem & Aſſumptionem*. Lib. impreſſ. Romæ 1599. in 4.

Item, in libro: Summa brevis Confeſſionis ac Communionis, Hiſpanicè, folio 106. *Quòd Virgo MARIA fuit concepta abſque peccato originali*, &c. Lib. impreſſ. Cæſarauguſtæ 1607. in 12.

HIERONYMUS Gratus de Cremona, Ordinis S. Auguſtini Italus, correxit ac diſpoſuit Opus R. P. Antonij Melli de Cremona ejuſdem Ordinis de Scala Paradiſi, in quo folio 23. dicitur: *Quòd Virgo MARIA nullum fecit peccatum*, ideoque Auguſtinus dixit illud: Cùm de peccatis agitur, &c. Lib. impreſſ. Cremonæ 1611. in 4.

HIERONYMUS Guadalupenſis, Ordinis Sancti Hieronymi Hiſpanus, ſuper Oſeam Prophetam, *pro die Conceptionis B. MARIÆ Virginis* indicem concionatorium. Impreſſ. Brixiæ 1604.

Item, in Commentarijs in ſacroſanct. Evangel. S. Lucæ, cap. 1. ad illa verba: Ave gratiâ plena, folio 149. inquit: Ex quonam tempore plena? Num ab inſtanti ſuæ Conceptionis? &c. *Ad primum dubium reſpondetur, pium eſſe credere, cùm dicitur: Gratiâ plena, ibi implicari Immaculatam ejus Conceptionem*, & ſic explanandum hunc locum arbitror: Gratiâ plena, hoc eſt ſemper, & ab inſtanti ſuæ Conceptionis plena: nam ſi aliquo tempore caruit gratiâ, ergo eo tempore falſum eſſet dicere: Ave gratiâ plena, quod abſit. Quis enim audeat dicere aliquo tempore vitæ Virginis, etiam intra materna viſcera concluſæ, non eſſe ſalutandam, eique non eſſe dicendum: Ave gratiâ plena? &c. Lib. impreſſ. Valentiæ 1598. in fol.

HIERONYMUS de Guevara, Societatis Jeſu Hiſpanus, in Commentarijs in Matthæum, *de auguſtiſſimo Immaculatæ MARIÆ Conceptu* fecit Librum integrum, qui eſt tom. 2. in Matthæum. Lib. impr. Matriti 1640. in folio.

Item, tom. 2. habet Elenchum *pro feſtivitate Conceptionis Virginis MARIÆ*, ubi plura pro ipſius immunitate. Matriti ann. 1636. in fol.

Item, tomo 3. verb. MARIA, inquit: *Vel levi ſuſpicio contra MARIÆ puritatem diligenter caveo*. Impreſſ. Matriti 1641. in fol. Vide in his tribus libris plura pro præſenti myſterio.

HIERONYMUS ab Hangeſto, Doctor Gallus, in lib. Præconiorum ſacroſanctæ Chriſtiferæ Matris, Virginiſque ſemperglorioſæ MARIÆ, adverſus Antimarianos propugnaculum, &c. certamine 3. circa titulum Virginis, Immaculata, incipit ſic: *Chariſſimam Matrem à fœda originalis peccati labe præſervavit Dominus*; ſatiſque, ac ſuper reprobata jam dudum fuit illa fœda lutuoſi Lutheri decoram Virginem lutare & labefactare molimina contradictoria, quod nunc compendio & ſtrictim oſtendere ſufficiet, &c. Concludit verò ſic: Deſinat igitur totam pulchram ac immaculatam dedecorare, atque conſpurcare turpis & maledicus ille momus, profectò in barathrum prolapſus errorum, qui & ejus fœculenti palpones ſcrutati ſunt in hac decora Virgine iniquitates, atque defecerunt ſcrutātes ſcrutinio, quandoquidem præcinxit eam Dominus virtute, & poſuit immaculatam viam ſuam. Hucuſque Doctor iſte. Vide à fol. 10. uſque 13. Lib. impreſſ. Pariſijs 15[illegible]

HIERONYMUS de la Higuera, Societatis Jeſu Hiſpanus, in lucem dedit Chronicon Luitprandi Subdiaconi Toletani, in quo æra 714. ad annum Chriſti Domini 676. agit *de beatiſſima Virgine de Columna in urbe Cæſarauguſtana, quæ conſtructa fuit juſſu Virginis à B. Iacobo, cùm in Hiſpania prædicaret, & fuit conſecrata eiuſdem Immaculatæ Conceptioni*, &c. Extat fol. 352. num. 131. Lib. impreſſ. Antverpiæ 1640. in fol.

Item, edidit Notam D. D. Laurentij Ramirez de Prado ad ſupra poſita verba Luitprandi *de fundatione prædicti Templi ſub titulo Conceptionis*, quæ extat in eodem libro, fol. 356.

HIERONYMUS de Huerta Hiſpanus, Doctor, *edidit de Immaculata Conceptione Panegyricum*. Lib. impreſſ. Matriti 1630. in 8.

HIERONYMUS Joannellus, Epiſcopus Sorianus, in Conſtitutionibus Synodalibus à ſe editis præcepit ad diem 8. Decembris, *ut in crastinum tantùm obſervaretur de præcepto dies Conceptionis B. Virginis MARIÆ*; ut videre eſt in libro impreſſ. Romæ 1614. in 4. fol. 41. tit. 16.

HIERONYMUS de S. Joſeph, ſacri Ordinis Carmelitarum, in vita Venerab. P. Joannis de la Cruz, ad annum 1591. fol. 54. num. 14. inquit: Acercandoſe ya el tiempo de ſu muerte, aunque mucho antes ſe la havia revelado nueſtro Señor, aora de nuevo con ſu noticia, la ſacratiſſima Virgen

gen un dia Sabado, *y viſpera de ſu limpidiſsima Concepcion, &c.* Vide ibidem. Lib. impreſſ. Matriti an. 1629. in 8.

HIERONYMUS Lauretus Cevarienſis, Monachus Benedictinus Hiſpanus, in libro: Sylva allegoriarum totius ſacræ Scripturæ, &c. verb. Maria, folio 664. inquit: *MARIA Virgo Beatiſsima, quæ fuit deſponſata, ſed Virgo; figura eſt Eccleſiæ, quæ conjuncta eſt Chriſto, ſed ſine macula.* E. Terminus iſte *ſine macula* communiter & ut plurimùm ſemper fuit proteſtativus piæ ſententiæ abſquo alio verbo adjuncto, vel dictione exprimente Conceptionem: quia cùm ſolùm de hac fuiſſet controverſia, Latini dicendo: *ſine macula*, & Hiſpani: *ſin mancilla*, aut: *ſin mancha*, declarabant exemptionem univerſalem ab omni peccato tam actuali, quàm originali; quod notare debes pro omnibus Auctoribus ſic loquentibus in hac noſtra Militia Immaculatæ Conceptionis. Et ſaltem non poterunt gloriari Scriptores opinionis contrariæ, quòd Auctores qui talia habent, ſint pro ipſorum opinione. Lib. impreſſ. Coloniæ, anno 1612. in folio.

HIERONYMUS Llamas, Ordinis Ciſtercienſis Hiſpanus, in libro: Methodus curationum animarum, quatuor partibus diſtincta, &c. par. 3. cap. 4. fol. 467. *de feſtivitate Conceptionis Virginis MARIÆ, ac ejus præſervatione & immunitate à peccato originali* agit latiſſimè. Lib. impreſſ. Matriti, anno 1600. in 4.

HIERONYMUS Lombardellus, Ordinis Minorum, in Concilio Tridentino ſic argumentabatur pro immunitate & exemptione Virginis Deiparæ à peccato originali, diluendo dilēma factum à Patre Joanne de Udine Dominicano. Dilemma erat hoc: D. Paulus & Patres, aut crediderunt ipſam veſtram Beatæ Virginis à communi mortalium lege exemptionem, aut non crediderunt. Si crediderunt, neque tamen unquam, niſi univerſè locuti ſunt, nulla facta exemptionis hujus mentione; cur non nunc eorum exemplum imitamini? Si contra crediderunt, tunc veſtra opinio novitatem redolet. Hoc fuit dilemma Fratris Joannis de Udine; ſed præfatus Pater illud ſic diluebat, *affirmans nihilò minorem eſſe auctoritatem Eccleſiæ hujus temporis, quàm fuerat primitivæ; eodem videlicet divino Spiritu ductæ, ejuſdem Chriſti Domini Vicario gubernatæ. Atque ideo, ſi Eccleſiæ antiquioris conſenſu factum, ſive potiùs omiſſum, ut Patres ſine exemptione tunc loquerentur, conſenſionem univerſalem (quæ celebratione feſtivitatis Deiparæ Conceptionis à Romana Eccleſia inſtitutæ, ſeſe hiſce temporibus prodidit) multò eſſe fortiorem ad Deiparam à communi ſorde excipiendam, & validiorem ex ea argumentationem deſumi.* Vide Joannem Antonium Velazquez de MARIA Immaculatè concepta, diſſert. 3. adnot. 4. fol. 417. & latiſſimè folio 289. Petrum Suave Polonum in hiſtoria Concilij Tridentini, à folio 170. Italicè & Latinè, ubi narrant hanc hiſtoriam.

HIERONYMUS Marthon, Ordinis S. Benedicti Hiſpanus, 1. part. Sermonum vel diſcurſuum prædicabilium in Dominicis Adventûs, &c. folio 173. *de Conceptione Dominæ noſtræ Virginis MARIÆ* Diſcurſus tres, à prædicto fol. uſque 220. Lib. impreſſ. Valliſoleti, anno 1614. in folio.

HIERONYMUS de Maſcareñas, Supremi Conſilij Ordinum Militarium, Prior de Guimaraens, & Epiſcopus electus Leyriæ, ſcripſit formulam juramenti ac voti nuncupati à nobiliſſima & illuſtriſſima Religione Equitum de Calatrava, *in defenſionem myſterij Immaculatæ Conceptionis B. Virginis Dei Genitricis MARIÆ*, dum celebrarentur Comitia hujus Ordinis, in Cœnobio S. Martini in Curia Philippi IV. Hiſpaniarum Regis, die 23. Decembris 1652. Vide Chriſtophorum de Vega in Theologia Marian. par. 1. fol. 145.

Item, in libro: Difiniciones de la Orden y Cavalleria de Calatrava, conforme al Capitulo General, que la Mageſtad del Rey Phelipe IV. celebrò en eſta Corte el año de 1652. que ſalen à luz eſte año de 1661. folio 201. agit latè ſub hoc titulo: Difinicion de nueſtro Capitulo General, y continuacion del voto, que hizo en 23. de Deciembre de 1652 *por la defenſa de la Immaculada Concepcion de la Virgen MARIA, Madre de Dios, y Señora nueſtra*: en la qual ſe diſpone la forma que ſe ha de guardar en ſu execucion, aſſi en la celebridad de todos los años en eſta Corte, como en los Conventos, y Comunidades de la Orden, y en el ingreſſo, y profeſſion que hizieren las perſonas particulares della. Incipit: Conſiderando las muchas, y grandes obligaciones; ubi adducit Antiphonam: Conceptio tua, &c. & Orationem: Deus, qui per Immaculatam Virginis Conceptionem, &c. Et infra, titulo 7. cap. 6. fol. 343. agens de forma emittendi votum, & faciendi profeſſionem, ſic inquit: Señor, yo N. hago profeſſion à Dios, y al Señor Maeſtre, y à vos, que eſtais en ſu nombre, y prometo obediencia, y caſtidad conjugal, y vivir ſin proprio, ſegun la Regla del Señor San Benito, Eſtatutos, y Privilegios de la Orden y Cavalleria de Calatrava, de la Orden de Ciſter. Y aſſi miſmo hago voto (ratificando el que hize quando recibi eſte ſanto Abito) que aora, y ſiempre defenderè, y afirmarè *que la Virgen MARIA, Madre de Dios, y Señora nueſtra fue concebida ſin pecado original, y que nunca cayò en ella eſta mancha, ſino que en el inſtante de ſu Concepcion dichoſa, y de la union de ſu alma y cuerpo fue prevenida de la divina gracia, y preſervada de la culpa original*; y eſto por los meritos de la Paſſion, y muerte de Chriſto nueſtro Redemptor, que avia de ſer ſu hijo, previſta ya en el divino Conſiſtorio, por lo qual fue verdaderamente redimida, y con mas noble genero de redempcion, que todos los otros hijos de Adan; y que en eſta verdad, y por honra de la ſacratiſſima Virgen, con el ayuda de Dios, vivirè, y morirè. Impreſſ. Matriti, ut ſupra in folio.

Item, in tomo 1. de Vita Chriſti agit per plura capita *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ* latè, & eruditè ſatis. Eſt liber paratus ad prælum.

HIERONYMUS Matranga Panormitanus, Clericus Regularis, in libro: Hiperboli propoſte à gl' intelletti umani, accioche poſſano in qual che modo concipere l'immenſa charita de Dio inamorato del huomo; le gratie ineffabili di MARIA ſua Madre, è gle incomprehenſibili auvenimenti nell' Incarnatione del Verbo Eterno, diſcurſu 5. fol. 229. ſub hoc titulo: Il fabro divino invaghito della ſua fatura nell' utero di cui ſceſe ad aſſomiglarſi, per totum agit *de incontaminata puritate Virginis, & quomodo creata fuit abſq; macula*, uſque fol. 288. Lib. impreſſ. Panormi 1645. in 4.

HIERONYMUS Mautinus à Narni, Ordinis Minorum Italus, *de Immaculata Conceptione B. Virginis*

*nis* Conciones quatuor. Romæ 1632. & Venetijs 1639. in 4.

Item, in libro Gallicè traducto à M. du Boſcq Bachalaureo Theologo de Sermonibus habitis in Palatio Apoſtolico, à folio 51. ſecundus Sermo *de feſto Conceptionis B. Virginis* ſub themate: De qua natus eſt Jesus, &: Quæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto, &c. uſque ad fol. 117. Lib. impreſſ. Pariſijs 1636. in 8. & Romæ 1648. in 4.

HIERONYMUS de Medicis à Camerino, Ordinis Prædicatorum Italus, ad primam ſecundæ S. Thomæ, ad q. 81. fol. 521. art. 3. Utrum peccatū primi parentis tranſeat per originem in omnes homines? ponit hanc Concluſionem: Secundùm Fidem Catholicam firmiter eſt tenendum, quòd omnes homines, præter ſolum Chriſtum, ex Adam derivati, peccatum originale ex Adam contrahunt. Lib. impreſſ. Venetiis 1614. in 4.

Item, in formali Explicatione 3. part. ad q. 27. de Sanctificatione B. MARIÆ V. art. 1. *Vtrum Beata V. Mater Dei fuerit ſanctificata ante nativitatem ex utero?* ponit hanc determinationem: Rationabiliter creditur, quòd Beata Virgo MARIA ſanctificata fuerit antequam ex utero naſceretur. Quæ Concluſio declaratur, deinde probatur. Declaratur autem quantùm ad illum terminum, rationabiliter; de Sanctificatione enim Beatæ MARIÆ, quòd ſcilicet fuerit ſanctificata in utero, nihil in Scriptura Canonica traditur, quæ etiam nec de ejus Nativitate mentionem facit. Tamen ſicut Auguſt. in ſermone de Aſſumptione ipſius Virginis rationabiliter argumentatur, quòd cum corpore ſit aſſumpta in cœlum, quod tamen Scriptura non tradit; ita etiam rationabiliter argumentari poſſumus, quòd fuerit in utero ſanctificata. Quia igitur non habemus expreſſam, & ſpecialem Scripturæ auctoritatem de Sanctificatione B. Virginis MARIÆ in utero; rationabiliter hoc oſtendendum eſt, & propterea dictum eſt in Concluſione, quòd rationabiliter creditur. Item, art. 2. Utrum B. Virgo MARIA fuerit ſanctificata ante animationem? ponit hanc determinationem: Sanctificatio B. MARIÆ Virginis non fuit facta ante ejus animationem. Ponit verba S. Thomæ ad litteram & nihil aliud: ex quibus videtur hunc nihil habere pro nec contra Conceptionem. Unde deducitur, non omnes Dominicanos fuiſſe contra Immaculatam Conceptionem expreſſè, ut multi ex ipſis affirmarunt hoc tempore. Lib. impreſſ. Salodii 1622. in 4.

HIERONYMUS Michaël Carmelus, Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, cùm ſcriberet in Cantica Canticorum, & perveniſſet ad illud cap. 4. Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te; habuit ſpecialem revelationem, *quòd Virgo MARIA fuerat concepta abſque peccato originali;* & ſic cum exultatione ſpiritûs, lætus ſcripſit: Ita eſt, nam & ego vidi; & nihil ampliùs potuit ſcribere per totam noctem. Hinc ortum habuit, quòd hic venerabilis Pater depingatur cum lib. oculis in cœlum levatis aſpiciens imaginem Conceptionis, cùm illa inſcriptione egrediente ex ore ipſius: Ita eſt, nam ego vidi, &c. Lege Ildephonſum Ramon, libro 3. hiſtor. cap. 18. Saavedram, libro de ſacra Deipara, diſput. 16. ſectione 14. folio. 350. num. 657.

HIERONYMUS Michaël Ferrer, Ordinis Minorum Hiſpanus, in Sermonibus Adventualibus, *in feſto puriſſimæ Conceptionis Virginis MARIÆ* Sermones duos, à folio 211. uſque 254. Impreſſ. Cæſarauguſtæ 1615. in 4.

HIERONYMUS de Mieſes, Ordinis Prædicatorum Hiſpanus, in Sermone de Sancta Thereſia §. 2. fol. 5. à tergo, inquit: Por mas dares y tomares que tuvo con Eva la Serpiente, no ſe cometio el pecado original, haſta que llego el conſentimento advertido de Adam; y por mas que deytome la imaginacion no ay culpa, haſta que llegue advertida la voluntad. De eſtos embates fue libre Chriſto nueſtro Señor, que como lo era de las paſſiones no pudo ſentir tentaciones interiores. *Lo miſmo diremos de la Virgen puriſſima MARIA que tuvo por gracia muchiſſimas de las que ſe devian à Chriſto de juſticia.* Serm. impreſſ. Compluti 1629. in 4. Verba iſta, meo judicio, expreſſa ſunt, & nulla indigent expoſitione ſeu interpretatione.

HIERONYMUS Molinus, Poëta Italus, in Cantione de Beata Virgine Dei Genitrice MARIA, ſic cecinit:

*Si del mal ſceſo à noi de Eva & d'Adamo,*
*A te ci ripariamo,*
*O ſomma Diva, hou reggia il mondo eſpreſſo*
*Quanto à te fu conceſſo*
*Che ci priat eleſſe ènte poi ſceſe & nazque;*
*Et quanto chiedi lui ſempre lui piazque, &c.*
*O vivo ſpecchio del eterna lampa*
*Doci ogni gratia avampa.*

Extat in libro: Il tempio, &c. cum aliis. Impreſſ. Venetiis 1613. in 12.

HIERONYMUS Moroneus, Ordinis Minorum, poſt quęſtionem: An Chriſtus in quantum homo habeat regnum & dominium directum & abſolutum in omnia tam ſpiritualia, quàm temporalia? adducit quæſtionem: *Vtrum B. Virgo fuerit concepta ſine peccato originali?* Suſtinet affirmativam ſententiam, num. 184. Lib. impreſſ. in fol. ſine loco & anno.

HIERONYMUS Natali, Societatis Jeſu Italus, de Virginis Matris prædeſtinatione ſecundùm Filij prædeſtinationem primam atque excellentiſſimam, Meditationes duas. Item, de eadem *Virgine MARIA ſine macula* Meditationem alteram. Item, *de Immaculata Virginis Conceptione* Meditationem unam in libro de Laudibus Deiparæ. Impreſſ. Antuerpiæ 1595. in folio.

HIERONYMUS Nolanus, Ordinis Sancti Auguſtini Italus, in libro Privilegiorum ac gratiarum à ſancta Sede Apoſtolica conceſſarum pro Confratribus Corrigiæ Eremitarum, vocat *Virginem MARIAM ſemper Immaculatam.* Lib. impreſſ. abſque cap. vel foliatione Neapoli 1586. in 8.

HIERONYMUS de Ormachea Guerrero, Canonicus Magiſtralis Hiſpanus, edidit Lib. ſub hoc titulo: Commentaria in Cant. Salomonis, quorum verba omnia declarantur *de puriſſima Conceptione Beatæ MARIÆ Virginis Dei Genitricis ſine originali peccato*, & de alijs excellentijs ad ipſius gloriam, & majeſtatem pertinentibus, &c. tom. 1. Impreſſ. Lucruni 1637. in folio. Utinam edidiſſet tomum 2. quia primus ſolùm pervenit ad verſiculum 8. cap. primi.

Item, ſcripſit Sermonem *de myſterio Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ* declamatum in Monaſterio Monialium S. MARIÆ Gaditan. & incipit: La circunſtantia, &c. Impreſſ. ibi 1617. in 4.

HIERONYMUS Oſſorius, Epiſcopus Algarbienſis

bienſis Hiſpanus,in Commentarijs ad Parabolas Salomonis, col. 940. ad illud: Reddet ei bonum, & non malum omnibus diebusvitæ ſuæ,dicit: *Quòd Virgo divina non fecit,neque peccati labe ſe aſpergi ſuſtinuit.* Et intra: *Divina Virgo fuit, quàm nulla unquam labes impuritatis infecit, cui nec tenuis quidem peccati macula inuſta fuit, quæ nunquam à ſanctitatis via in alterutram partem declinavit*, &c. Lib. impreſſ. Romæ,anno 1592. in fol.

HIERONYMUS de Pancorbo, Ordinis Carmelitarum, ſcripſit Cantiones *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*, quas adducit Ferriol;in Tractatu de Conceptione Virginis, à fol.62.

HIERONYMUS Pardo, Clericus Minor,in libro edito ſub nomine D.D. Antonij Calderon: De las Excelencias del glorioſo Apoſtol Santiago, unico, y ſingular Patron de Eſpaña, &c. fol. 52. *agit de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ abſque peccato originali*, &c. Lib. impreſſ. Matriti 1658. in fol.

HIERONYMUS de Paula, Ordinis Minorum Hiſpanus, edidit ingenioſum Epigramma *circa myſterium Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ.* Impreſſ.cum alijs Baëzæ 1618. in 4.

HIERONYMUS de San Pedro,Scriptor Hiſpanus,in lib. edito ſub hoc titulo: Segunda parte de la Cavalleria celeſtial de las ojas de la roſa fragrante, cap. 30. fol. 34. inquit: Comencò Gabriel à explicar ſu embaxada divina, y pues no ablava con Eva, que maldicion quiere dezir, *dixo à la Virgen, Ave, monſtradola ſin el væ del original pecado*; y para confirmacion de eſte titulo le dixo,llena de gracia;y para monſtrar de donde la venia eſta excelente preëminencia, le dixo: El Señor es contigo; finalmente para enſeñar ſu gratuita bendicion, cerrò con dizirle, bendita entre las mugeres, &c. Lib. impreſſ. Valentiæ 1554. in fol.

HIERONYMUS Perboni,Marchio de Inciſa, in lib.16.de Laudibus Immaculatæ Virginis Deiparæ,inquit: *Idcirco putandum eſt, Virginem hanc puriſſimam,cœleſtiſſimam, dilectiſſimam à tuo Numine conceptam fuiſſe ſine labe originali, quæ infectio eſt quædam in anima,ex ea in unione ad carnem diffuſa.* Item infra: *Qua ratione Virgo quantùm de ſe erat, ex conditione naturæ erat apta nata contrahere peccatum originale; ſed illud non contraxit ex privilegio privatim conceſſo: ſic Chriſtum non contraxiſſe dicimus labem illam per naturam, Virginem verò per gratiam*,&c. in ſuo Ovillario in lib.26. diviſo. Impreſſ. abſque loco impreſſionis in folio.

HIERONYMUS Perea, Societatis JESU Hiſpanus, ſuppoſito nomine Gerardi de la Cruz,in libro cujus titulus eſt: Chriſto Señor nueſtro padeciendo, como refieren los quatro Evangeliſtas, expreſſè tenet *Virginem MARIAM fuiſſe immaculatè conceptam*, &c. pag. 15.& 110. Lib impreſſ. Matriti,anno 1660. in 8.

HIERONYMUS Perez, Ordinis B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum Hiſpanus, edidit Opuſculum *de Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*, ut refert Saavedra in libro de Sacra Deipara, diſp. 16. ſectione 14. fol. 351 num. 658.

HIERONYMUS Planes, Lector Jubilatus Ordinis Minorum Hiſpanus, in libro: Tratado del examen de las revelaciones verdaderas y falſas, y de los raptos: dividido en quatro libros, y dirigido à ſa Beatiſſima Trinidad Padre, hijo, y Eſpiritu Santo, *y à la puriſſima Concepcion de la Virgen nueſtra Señora.* Et cap. 11. fol. 48. *Quòd B. Virgo MARIA fuit exempta à peccato originali per privilegium &c.* Impreſſ. Valentiæ 1634. in 4.

HIERONYMUS de Quintanadveñas Notarius S. Inquiſitionis Hiſpanus: Quomodò villa Matritenſis fecit votum obſervandi *feſtivitatem Conceptionis Dominæ noſtræ*, & S. Sebaſtiani, & ieiunandi vigilias ipſarum, &c. lib. 3. cap. 62.

Item, *de Monaſterio Franciſcano Conceptionis* in eadem villa Matritenſi, capite 75. Item, *de Monaſterio Conceptionis S. Bernardi*, cujus Moniales vulgariter nominantur de Pinto, cap. 98. Item, *de Monaſterio S. Ioſephi Monialium Recollectarum Conceptionis*, aliter vocato del Cavallero de Gracia, capite 102. Item, *de Monaſterio Conceptionis Dominæ noſtræ Monialium Capuccinarum*, capite 110. Item, *de Monaſterio Regali Immaculatæ Conceptionis Commendatariarum, Ordinis de Calatrava*, cap. 111. Item, *de Hoſpitali Immaculatæ Conceptionis Dominæ noſtræ, communiter vocato de la Latina*, cap. 113. Item, *de Monaſterio Immaculatæ Conceptionis Dominæ noſtræ Ordinis Sancti Hieronymi*, capite 76. Quæ omnia reperies in prædicto libro 3. Hiſtoriæ, ſeu Chronicæ antiquitatis, nobilitatis, atque magnitudinis villæ Matritenſis. Impreſſ. 1629. in folio.

Item, lib. 1. cap. 47. de la Parochia de S. Salvador, fol. 66. de imagine Conceptionis, ſic inquit: Imagines milagroſas, y de grande antiguedad, que dize Alcozer ay en Madrid, que ſon, la de Atocha, la del Almudena; *la de la Concepcion de S. Salvador, tuvo muy de antiguo eſſa invocation*, y quando la traſladaron de la Capilla donde eſtava, à la que ſolia ſer Capilla mayor de la Igleſia, donde eſtà al preſente, queriendo mudarla echaron ſuertes en tres nombres, para ſacar el con que la avian de invocar de alli adelante, y le cayò tres vezes el de la Concepcion, lo qual ſe atribuyo à coſa milagroſa, con que manifeſto la Virgen, que no guſtava le quitaſſen ſu nombre, y aſſi ſe le dexaron, con el qual es venerada, &c. Et lib. 3. cap. 66. folio 391. *de imagine pulcherrima Conceptionis*, & quodam miraculo. Vide quæ ibi dicuntur. Impreſſ. Matriti 1629. in fol.

HIERONYMUS Ramirez, Poëta Hiſpanus, in libro ſeu tractatu de Raptu Innocentis Martyris Guardienſis, lib. 4.& 5. fol. 40. & 47. inquit:

*Poſcebam lachrymas, niveas ad Virginis aras,*
*Quæ peperit ſine labe Deum, &c.*
*Plebs quibus effuſas ad puræ Virginis aras*,&c.

Lib. impreſſ. Matriti 1592. in 4. Illud ſine labe, non ſolùm ſupponit pro tempore partûs,ſed abſolutè; nam nihil eximium erat parere Deum ſine labe: ſupponit igitur tam pro partu, quàm pro Conceptione activa & paſſiva.

HIERONYMUS Requeſens, Epiſcopus Dertuſenſis, approbavit Breviarium ſuæ Eccleſiæ, in quo eſt *officium Immaculatæ Conceptionis.* Impr. 1547. in 4.

HIERONYMUS Rodriguez, Ordinis Minorum Hiſpanus, in Compendio Quæſt. Regularium R. P. Emmanuëlis Roderici, *de Immaculata Conceptione B. MARIÆ Virginis* Reſolutionem unam latiſſimam & pulchram, à fol. 243. uſque 249. Lib. impreſſ. Lugduni 1630. in 8.

HIERONYMUS Roman, Ordinis S. Auguſtini Hiſpanus, *de hiſtoria fundationis Religionis Monialium*

*nialium Immaculatæ Conceptionis* per D. Beatricem de Sylva, Caput unum in lib. Rerumpublicarum mundi, lib. 6. cap. 21. Impreſſ. Metinæ 1575. in folio.

Item, in dicto libro lib. 1. de Republica Chriſtiana, cap. 1. fol. 73. inquit: Eſte es Jesu Chriſto Señor nueſtro Hijo de Dios verdadero, y de Santa Maria Virgen, ſegun la carne, la qual tomò para ſacarnos del captiverio, y ſervidumbre del pecado, para que como antes eramos hijos de ira, y maldicion, deſpues por el lo fueſſemos de gracia, y reconciliacion, &c. Para eſto fue determinado por aquella alta Sabiduria, que vinieſſe el Archangel ſan Gabriël à la Ciudad de Nazareth en Judea, *à una Virgen tal, y tan hermoſa en el alma, y en el cuerpo, qual convenia para ſer Madre de Dios*, &c. Lib. impreſſ. Metinæ à Campo 1575. in folio. Si decebat, quòd Virgo eſſet tam pulchra animâ & corpore, quantùm decebat Matrē Dei: igitur decebat, ut nunquam fuiſſet maculata aliquo nævo, vel originali, vel actuali. Ita cum Sancto Anſelmo, & alijs Patribus diſcurrunt Auctores moderni.

Item, *de fundatione Ordinis Militaris Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ abſq; originali peccato conceptæ*, à Garcia Navarræ Rege. Ex Joſepho Micheli, folio 17. De hoc diximus alibi.

HIERONYMUS de la Rua, Toletanus Doctor Theologus, in tom. 2. Controverſiarum Theologicarum partim poſitivarum, partim ſcholaſticarum, controverſia 7. de Merito & ejus generibus, fol. 562. ſic inquit: *Quamobrem ea ſententia in Beata Virgine ab initio ſuæ Immaculatæ Conceptionis gratiam habitualem ad hoc ordinatam ponit*, ut eſſet conveniens Dei Mater, &c. Lib. impreſſ. Matriti apud Ludovicum Sanctium 1629. in fol.

HIERONYMUS Ruiz, Ordinis Minorum, in libro Hiſpanico, ſub titulo: Alma aventurera, capite 18. folio 307. cecinit de Virgine Maria:

*Toda te veo hermoſa,*
*Y de belleza tan prima,*
*Que de mancha, y fealdad*
*Eſtas pura, libre, y limpia*, &c.

Vide alibi paſſim lib. manuſcript. in Archivo Sancti Franciſci Matriten. in 8.

HIERONYMUS de Saona, Ordinis S. Auguſtini Hiſpanus, in libro: Diſcurſos predicables, literales, y morales de la ſagrada Eſcritura, y queſtiones poſitivas, y eſcolaſticas, ſobre qual fue mas amado del Señor, San Pedro, ò San Juan Evangeliſta, &c. in indice concionatorio *de Conceptione Beatæ Virginis* Elenchum. Lib. impreſſ. Barchinone 1588. in 4.

HIERONYMUS Savanarola de Ferrara, Ordinis Prædicatorum Italus, in lib. cujus titulus eſt: Molti devotiſſimi trattati ad eſortatione dei fideli, & devoti Chriſtiani, &c. folio 157. in expoſitione Salutationis Angelicæ ad illud: Ave Maria, inquit: Maria vuol dire Madona, ò vero illuminata & illuminatrice, ò vero ſtella del mare; ſecondo che dice San Hieronymo; onde la chieſa humilmente confeſſa che l'ha biſogno della ſua ſanta mano, quando la dice: *Ave MARIA, quaſi diceſſe, tu ſia ſempre ſalva madona mia*, & illuminatrice & ſtella & porto de le mie tribulationi, &c. Nota illud verbum *ſemper*, nam ſupponit pro omni tempore ac inſtanti tam præterito, quàm futuro. Nota etiam, quòd illud verbum Ave, ſecundùm Savanarolam Italico ſermone idem eſt, ac Dio te ſalvi, ò vero tu ſia ſalva, come ſe diceſſe: io deſidero che tu ſia ſalvo. Igitur ſi Maria fuit à Deo ſalvata (à quo Salvator) libera, liberata (à quo liberator) interrogo, à quo periculo fuit ſalva, ſalvata; libera, liberata? certe à nullo alio, niſi à periculo communis lapſûs, & ſic illud Ave Angelorum reſpiciebat Evæ lapſum. Et infra inquit: Queſto nome Maria è etiam ſantto in lei maſimamente puro, il quale ſignifica quella *candida* Vergine, de cui puriſſimo ſanguine il figliolo di Dio ſene fece il ſuo ſantto corpuſculo, &c. Et pero tu veramente *ſei ſancta*, cioe confirmata nella gratia, & *purificata* da quella luce che illumina tutti gli huomini, & le donne che inqueſto mondo naſcono, &c. Omnia hæc Savanarolæ verba puritatem, candorem, ſanctitatem ac purificationem ſignant & dicunt in Nativitate, vel Ortu Virginis Mariæ: quòd ſi hîc pro naſci in mundo intelligit Savanarola Nativitatem in utero (tunc enim verè & proprijſſimè homo vel mulier naſcitur in mundo, quando concipitur, hoc eſt, anima unitur corpori) Savanarola noſtram tuetur ſententiam abſque ulla hæſitatione. Et infra ad illud: Gratiâ plena, inquit: Ma il noſtro Salvatore fu pieno de gratia, per che haveva tutte le gratie & in tanta perfectione, in quanta ſi poſſono habere, & dopo lui la ſua Madre dolciſſima fu piena di gratia; perche non fu mai creatura ne ſera eccetta l'anima di Chriſto non *ch'abeſe ò habera tanta gratia quanta hebbe la Vergine glorioſa, &c.* Hoc non ſolùm eſt intelligendum intenſivè, ſed etiam extenſivè; & ſic perfectiorem juſtitiam originalem habuit Virgo Maria, quàm Adam vel Eva; imò quàm Angeli in gratia creati. Item, ad illud: Dominus tecum, inquit: Beata adunque ſei tu ò Vergine Santa la quale ai trovata la gratia con il ſignor vero, *il quale è teco per un modo ſingulare, che mai non fu ne ſera creatura alcuna, &c.* Veramente il Signore è tecco piu che mai fuſſe cum altra creatura, &c. Dupliciter fuit Dominus cum Virgine Maria ſingulariter quòd in nullo alio ſic fuerit; uno modo, quando corporaliter habitavit Verbum in ſacrario uteri ſui: alio modo (meo judicio) quando ipſa Virgo fuit concepta in utero matris ſuæ Annæ & ſic optimè verificatur repetitio Savanarolæ. Et infra, ad illud: Benedicta tu in mulieribus, inquit: Dicemo adunque alla Vergine glorioſa: benedita tu tra le done la prima, *benedita da Dio, il quale la adornata de maggiori done, & gratie che non fecce mai donna ne altra creatura*, ſempre cavando l'humanita de Chriſto ſuo dulciſſimo figlivolo, al quale non ſi puo comperar alcuna creatura, perche le congionta in una perſona con il Verbo divino, &c. En apertè fatetur, quòd poſt Chriſtum Dominum, nulla creatura ampliorem gratiam ſortita eſt, quàm Maria: igitur habuit gratiam Angelorum, ac primorum Parentum. Denique, ad illud: Sancta Maria Mater Dei, inquit: *Adunque Sancta MARIA, cioe pura, & immaculata*, è confirmata nella viſione di Dio & Maria puriſſima &c. Impreſſ. Venetijs 1547. in 8.

Item, in libro de veritate Fidei Catholicæ, lib. 3. fol. 190. inter alia cap. 8. inquit: *Ut qui haberet* in cœlis Patrem ſine corruptione & *ſine matre*, haberet quoque in terris *ſine labe ac ſine patre integerrimam Matrem.* Lib. impreſſ. cum Paulo Corteſio Baſileæ 1540. in fol.

Item, in Homilijs ſuper Ruth & Michæam, cap. 7. Michææ, homilia 21. folio 269. vocatur Virgo Maria

MARIA tota dulcis, tota plena dulcedine in anima & corpore, quæ extraxit ex Angelorum Hierarchijs gratias *univerſas*; quòd *nunquam* turbata, ſed *ſemper* quieta & tranquilla, & quòd reſidet media inter Deum & Angelos, &c. Lib. impreſſ. Per R. P. Alphonſum Magniozium ejuſdem Ordinis, Salmanticæ 1556. in 4.

Item, in libro: Confeſſionale pro inſtructione Confeſſorum, &c. in Expoſitione ſalutationis Angelicæ, fol. 63. inquit: Tertiò in dignitate conditionis excedit Angelos, vel ſaltem eſt eis æqualis: *ipſa enim fuit puriſſima* & digniſſima, quia abſque omni culpa actuali, & abſque pœna maledictionis debita hominibus propter peccatum. Ubi ſciendum, quòd duæ maledictiones datæ ſunt hominibus propter peccatum: prima data mulieri, ſcilicet quòd in corruptione conciperet, & cum gravamine portaret, & in dolore pareret; ſed ab his immunis fuit Beata Virgo MARIA, &c. latè ibi. Lib. impreſſ. Venetijs 1520. in 8.

HIERONYMUS de Segorve, Ordinis Minorum Hiſpanus, in libro dicto: Navegacion ſegura para el cielo, &c. in Explanatione ſalutationis Angelicæ, fol. 749. inquit de MARIA: Toda *llena de gracia, ſegun a Madre de Dios convenia*, *&c.* Lib. impreſſ. Valentiæ 1611. in 8.

HIERONYMUS Seripandus Neapolitanus, Ordinis Sancti Auguſtini, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, in Explicatione Symboli, ad illa verba: Qui conceptus eſt de Spiritu Sancto, &c. inquit: SS. Patres in conſideratione propriæ conceptionis affligebantur, eorumque afflictionis cauſa erat peccatum, in quo communiter omnis humana creatura concipitur. *Non loquor nunc de MARIA Virgine, de qua, cùm de peccatis agitur, nulla debet fieri mentio*, cùm ſciamus quàm magna & copioſa fuerit gratia contra omne peccati genus ei à Deo optimo, maximo collata, &c. Marrac. in Purpura Mariana, folio 303. Vide ibi. Item, in tract. de peccato originali.

HIERONYMUS a Sorbo, Ordinis Minorum, *de Immaculata Virginis Conceptione* Compendium, in ſuo libro Privilegiorum. Venetijs 1603. in 4. Coloniæ, anno 1619. in 4.

HIERONYMUS Spadius Placentinus, Poëta Italus, in Hymno ad B. Virginem Regienſem, fol. 18. & in Oda fol. 31. inquit:

*Nullo dolore ſancia,*
*Summo repleta gaudio*
*Labem pudoris neſciens, &c.*
*Ergone ego ſileam per te exitiale draconis*
*Inferni eliſum, candida diva, caput?*

Extant ejus Carmina in libro impreſſo Mutinæ 1619. in 8.

HIERONYMUS del Spiritu ſancto, in libro: Sermones de diverſas feſtividades, à pag. 1. *Sermon de la puriſſima Concepcion de la Virgen MARIA nueſtra Señora* Sermonem latum & eruditum. Impreſſ. Hiſpali 1557. in 4.

HIERONYMUS Stridonenſis, Sanctus Eccleſiæ Doctor, in Pſalm. 77. ad illa verba: Deduxit illos in nube diei, fol. 95. inquit: Nubem levem, aut propriè Salvatoris corpus debemus accipere, quia leve fuit, & nullo peccato prægravatum eſt: aut certè nubem levem debemus Sanctam MARIAM accipere, nullo ſemine humano prægravatam. Ecce Dominus venit in Ægyptum ſæculi iſtius ſuper nubem levem Virginem, & deduxit eos in nube diei. Pulchrè dixit diei, *nubes enim illa non fuit in tenebris, ſed ſemper in luce*, &c.

Item, *de Ortu Virginis MARIÆ* Librum unum, qui teſte Driedo nondum vidit lucem.

HIERONYMUS Taix, Ordinis Prædicatorum Hiſpanus, in libro: Dels miracles de noſtra Señora del Roſer, y del modo de dir lo Roſari, ò Pſalteri de aquella, &c. diſt. 1. capite 7. folio 31. inquit: Per que en ella la Verge MARIA es lloada en ſet maneres; la prima, per que en ellas manifeſte, *com fonch puriſſima, id eſt, lliure de tota culpa, y peccat, dientli Ave, que vol dir ſens macula, è ſens malediſſio*, &c. Lib. impreſſ. Barchinone 1602. in 4.

HIERONYMUS Tamarità Tavaria, Setabienſis Valentinus Hiſpanus, in Floribus Theologicis, in 1. lib. Sent. & meliorem partem ſecundi, de Gratia, quæſt. 8. Utrum homo poſſit in tota vita non peccare venialiter per gratiam legis ordinariæ? folio 818. ponit hanc tertiam Concluſionem: *Privilegium carendi omni peccato per totam vitam, præter Virginem, nemini debetur, aut poteſt attribui, &c. nemo enim cenſendus eſt ab omni peccato veniali præſervatus, niſi qui etiam fuerit ab originali immunis, utiq; perfectè, & ſine fomite, quod ex privilegio ſoli B. Virgini conceſſum eſt*, tomo 1. Lib. impreſſ. Valentiæ 1622. in 4.

HIERONYMUS de Vergua, Poëta Hiſpanus, ſcripſit *de Conceptione Virginis MARIÆ* Poëma. Impreſſ. cum alijs apud Sanct. Zapata, lib. de Conceptione fol. 164.

HIERONYMUS Verobaldus, Ordinis Prædicatorum Italus, recollegit in Roſario Beatiſſime Virginis, quæ ſcripſit R. P. Andreas Gianetti di Salo, & manent ſupra verb. Andreas, *pro immunitate Virginis MARIÆ*. Vide ibi. Lib. impreſſ. Venetijs 1587. in 4.

HIERONYMUS de Viſch, Poëta Hiſpanus & antiquus, edidit quædam Carmina Hiſpanicè *de Conceptione ſacratiſſima Virginis MARIÆ*. Lib. impreſſ. cum alijs 1486. apud Ferrand. Diaz.

HIERONYMUS Vielmus Venetus, Ordinis Prædicatorum, in libro de Sex diebus conditi orbis, lectione 18. fol. 223. inquit: Ut enim obſignato ſepulchro Dominus ſurrexit, ianuiſque clauſis ad diſcipulos introijt, *& antea ex incontaminato & inviolato Virginis utero homo prodijt, &c.* Lib. impreſſ. Venetijs 1575. in 4. Si uterus Virginis fuit incontaminatus & inviolatus, & ſemper obſignatus uti ſepulchrum Dominicum, in quo nondum quiſquam poſitus fuerat: igitur neque ab homine, neque à dæmon contaminatus, vel violatus à quoquam, à nulloque, quiſquis ille fuerit.

HIERONYMUS de Villavitis, Ordinis Canonicorum Regularium Italus, *de Conceptione B. Virginis MARIÆ* Orationem, quæ in ejus lib. dicto: Panis quotidianus, eſt in ordine 392. Lib. impr. Haugenau 1509. in 4.

HIERONYMUS Xaviere vel Xaverius, Ordinis Prædicatorum Hiſpanus, Generalis, ac S. R. Ec. Cardinalis, tempore ſui Generalatûs fecit pro tota ſacra Dominicanorum Religione ſtatutum, anno 1602. videlicet, *ne quis audeat in publico prædicare vel docere, quòd B. Virgo fuit concepta in originali peccato, propter ſcandalum fidelium.* Vide Joannem Antonium Velazquez, lib. 5. de MARIA Immaculatè concepta, diſſert. ultim. adnot. unica, num. 5. fol. 454. Purpur. Marian. fol. 214.

Item, in Miſſali juxta ritum ſacri Ordinis Prædicatorum, Romæ 1603. fol. 9. in Sanctificatione B.

 Virginis

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Virginis MARIÆ, dicitur Miſſa ſicut de ejus Nativitate infra die 8. Septembris, mutato nomine Nativitatis in Sanctificationem. Item, in alio Miſſali impreſſ. Romæ 1604. in 4. fol. 278.

Item, in Collectario juxta ritum ſacri Ordinis Prædicatorum ad diem 8. Decembris: Sanctificatio Sanctæ MARIÆ Virginis totum duplex. Lib. impreſſ. Romæ 1607. in 4.

Item, in Breviario juxta ritum ſacri Ordinis Prędicatorum, folio 564. die 8. Decembris: in Sanctificatione Beatæ MARIÆ Virginis totum duplex. Omnia præter Lectiones infraſcriptas de officio Nativitatis ipſius aſſumantur, mutato Nativitatis vocabulo in Sanctificationis. Impreſſ. Romæ 1607. in 4.

Item, in Martyrologio juxta ritum ſacri Ordinis Prædicatorum, fol. 344. ad diem 8. Decembris: *Conceptio glorioſæ ſemper Virginis MARIÆ feſtum totum duplex.* Ex hac clauſula conſtat, quomodò mutaverit ſententiam. Lib. impreſſ. Romæ 1604. in 4.

HIERONYMUS Zapata, Ordinis Minorum Hiſpanus, in Sermone de pompa funerali D. D. Andreæ de Guzman & Acuña, fol. 8. inquit: El dexar dotado un farol, que ardieſſe perpetuamente, *delante del Triumpho de la Concepcion de Granada, &c.* Serm. impreſſ. Hiſpali 1633. in 4. Vide etiam pro Immaculata Conceptione, ibidem fol. 12.

Item, pro gratiarum actione de Decreto expedito à Summo Pontifice Gregorio XV. *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ* ſcripſit Sermonem. Impreſſ. Hiſpali 1622. in 4. Incipit: Quatro nacimientos, &c. cum imagine Immaculatæ Conceptionis ad finem.

HILARION de Coſte, Ordinis Minimorum S. Franciſci de Paula, in libro de Elogijs & vitis Reginarum, Principiſſarum, quæ pietate & doctrina floruerunt, &c. fol. 73. de Beatrice de Sylva, *& fundatione Religionis Immaculatæ Conceptionis Beatæ Virginis*, uſq; ad fol. 78. Impreſſ. Pariſijs 1630. in 4.

Item, edi curavit Officium *Conceptionis* Virginis MARIÆ, quo utuntur Sanctimoniales Monaſterij Challenſis Ordinis Sancti Benedicti. Pariſijs anno 1658. in 8.

HILARION Mediolanenſis, Ordinis Sancti Benedicti Italus, *de Conceptione glorioſæ Virginis MARIÆ* Opuſculum unum.

Item, *de Corona ejus aurea ſtellarum duodecim, eidem Virgini ab omnibus quotidiè perſolvenda* Opuſculum alterum Mediolani impreſſ. anno 1494.

HILARIUS Mont-Lovys, Ordinis Minorum Gallus, in libro: La genealogie de l'ame fidele & devote, depuis le commencement du monde juſques à nôtre temps, par l'eſpace de 57. ſiecles, &c. fol. 978. anno mundi 4037. ſæculo 41. inquit: Le corps de cête ſacrée Vierge ne fut pas plûtoſt organiſé & capable informé de ſon ame, que ſur le point de cête union elle fûte prevenuë de toutes les dons & graces convenables à Dieu, graces que les ſacrez Docteurs expliquent pour la plus part, *le mot d'une Conception Immaculée, c'eſt à dire par une ſanctification, dont elle fût prevenuë dés le poinct de ſa Conception par laquelle eſtante renduë exempte de la tâche du peché originelle & de toute la corruption, &c.* proſequitur latè. Impreſſ. Lugduni 1649. in fol.

HILARIUS N. Scriptor antiquus, recollegit Hymnos & Proſas in Eccleſia recitari ſolitas, ut videre eſt in lib. cujus titulus eſt: Expoſitio Hymnorum cum notabili commento, quod ſemper implicat hiſtorias cum optimis allegationibus ſacræ Scripturæ, illorum Sanctorum vel Sanctarum de quibus tales Hymni decantantur, ex quibus poſſunt faciliter de eiſdem Sanctis colligi ſermones optimi, ſubiunctis quorumdam vocabulorum expoſitionibus, & liber incipit ſic: Iſte liber dicitur liber Hymnorum. Hymnus dicitur laus Dei cum cantico. Quattuor autem fuerunt principales Auctores qui Hymnos compoſuerunt, ſcilicet Gregorius, Prudentius, Ambroſius & Sedulius ſed quidam vir prudens nomine Hilarius videns illos ſic multos Hymnos compoſuiſſe, dignum duxit, placuitque quosdam in unum colligere compendiosè, & unum brevem & utilem tractatum componere, in quo omnes Hymni continerentur, &c. Hic ergo Auctor in textu Sequentiarũ de Purificatione MARIÆ, fol. 34. inquit: *Unde B. Virgo comparatur Auroræ propter ſanctificationem in utero, &c.* Item, fol. 105. in Proſa *de Conceptione* quæ incipit: Dies læta celebretur, in qua piè recenſetur *MARIÆ Conceptio*, &c. ſic inquit in Commentario: Iſta Sequentia noviter eſt compoſita ad laudem & gloriam B. Virginis MARIÆ quantùm ad ejus Conceptionem: quod quidem feſtum fidelibus in hoc mundo longis temporibus fuit occultatum ſed modò per divinam potentiam ſignis & miraculis eſt revelatum, &c. Notandum: ſcribitur in Canticis Canticorum: Quæ eſt iſta, quæ progreditur quaſi aurora conſurgens? Unde ſecundùm Apoſtolum, nos quia naſcimur filii iræ, quaſi in tenebris progredimur; *ſed B. Virgo MARIA quæ ſanctificata in utero creditur, rectè quaſi aurora progreditur, &c.* Eſt tamen ſciendum quòd quidam dicunt hoc feſtum non eſſe celebrandum: quia dicunt B. Virginem eſſe conceptam in peccatis originalibus, quod tamen difficile eſt ſervare. *Debemus enim piè credere, quòd ipſa ſit concepta ſine omni originali peccato; quia corpus B. Virginis in utero matris per unionem & unionem ſanctiſſimæ animæ virtute Spiritus S. conſacrificatum & confirmatum eſt, quòd fomes peccati nequaquam in ea poſſet dominari: ergo propter ſanctiſſimam unionem & infuſionem ſanctiſſimæ animæ ſolemnitas eſt peragendum, quia fuit initium noſtræ ſalutis, &c.* Ex his verbis conſtat, quomodò antiqui intelligebant propoſitionem hanc: Virgo MARIA fuit ſanctificata in utero; ex qua Adverſarii deducunt: ergo à peccato, quando ipſi volebant exprimere per talem propoſitionem ejus præſervationem à culpa. Item, adducit quoddam miraculum de Conceptione ſic. Notandum: Beata Virgo dicitur virga Aaron & ſtella maris, de quibus ſufficienter dictum eſt in Sequentia Ave præclara. Item nota: Auctor dicit, quòd per hanc Conceptionem mors devincitur & vita reparatur. Unde quomodò Conceptio B. Virginis fuit initium noſtræ ſalutis, declaratum eſt in Sequentia Stirpe MARIA. Item nota: Quidam vir ſecularis operi ruſticali deditus, & aliis mundanis ſtudiis occupatus, qui multis pravis actibus fuit intentus etiam dum terram ſuam excoleret, quantùm poterat vicinis ſuis inſurgebat, & metas ſuas tranſgrediens terram aliorum furtivè ſibi appropriabat & appoſuit. Hic tamen B. Virginem in mente habebat, & ſæpius eam devotè ſalutavit. Cùm iſte moreretur, dæmones venerunt ejus animam rapere cupientes; affuerunt etiam Angeli, qui cùm proferrent pauca ejus bona opera, cœperunt dæmones contraria mala proferre innumerabilia.

Cumque

Cùmque exultantes diaboli putaverant ſe viciſſe, intulit unus ex Angelis, quòd cum magna devotione ſollicitus fuiſſet B. Virginem ſalutare. Diaboli audientes nomen B. Virginis, timuerunt valde & libenter iviſſent, ſi potuiſſent, ne eorum conturbatio augmentaretur. Tunc accedens B. Virgo dixit ad defunctum: Vis dæmonis horribilitatem evadere? vis in mundo diutiùs vivere? Qui ſe talia optare reſpondit. Cui B. Virgo: *Promitte mihi ut feſtum Conceptionis meæ velis celebrare. Qui dixit ſe neſcire diem hujus feſti.* Cui B. Virgo dixit: *Tantum Sabbatis diebus memoriam hujus feſti peragas, donec à Sacerdotibus hoc feſtum fuerit manifeſtatum & celebratum, &c.* Nota, qualiter ſecundùm iſtum Auctorem primitus inſtituta fuit feſtivitas Sabbato in honorem Conceptionis Virginis MARIÆ, de quo multa poſſent dici. Item, præter Sequentias communes, invenies ad finem libri prædicti ſeptem ſpeciales Sequentias de B. Virgine MARIA, quarum prima incipit: *Mittit ad Virginem, &c.* Secunda: *Lætabundus exultet, &c.* Tertia: *Verbum bonum & ſuave, &c.* Quarta: *Hodiernæ lux diei, &c.* Quinta: *Gaude MARIA templum, &c.* Sexta: *Ave MARIA gratiâ plena, &c.* Septima: *Vterus virgineus thronus eſt eburneus, &c.* In quibus nonnulla invenies pro omnimoda puritate Virginis. Lib. impreſſ. Coloniæ, anno 1492. in 4. magno.

HILARIUS Rancatus Mediolanenſis, Ordinis Ciſtercienſis, ad annum 1647. edidit *Apologiam pro Immaculata Virginis Conceptione*, quam ſe vidiſſe teſtatur Franciſcus Maria Piſtoia, in MARIA triumphante, corona 2. capite 7. folio 191. num. 138.

HILDEBERTUS abſque alio nomine, exiſtēs in Bibliotheca Regia Pariſijs manuſcrip. numero 1815. in Verſibus ad B. Virginem, hæc habet:

*Sancta Parens, caro labe carens, & dulcis odoris.*

HILDEBERTUS Cenomanenſis Epiſcopus & poſtea Turonenſis Archiepiſcopus, Monachus Cluniacenſis, in Proſa de Natali Domini ait: Die iſta virga Jeſſe florita fructum reddit. Gedeonis vellera ros infudit die iſta; *preſſus pede mulieris coluber contritus eſt.* Vide Joannem Euſebium in lib. Excep. fol. 455.

HILDEGARDIS, Abbatiſſa in Monte S. Roberti apud Naham, Sanctiſſima & Prophetiſſa, in lib. ſuarum Epiſtolarum, folio 117. Epiſtola ad Prælatos Moguntinenſes, loquens de Chriſto Domino, ſic inquit: *Ipſe namque eſt Immaculatus Agnus & ſpecioſus formâ præ filijs hominum, qui non de virili ſemine ſed de Spiritu Sancto conceptus, virtute altiſſimi Dei de carne MARIÆ Virginis Deus, & homo natus proceſſit.* In eadem verò virtute altiſſimi Dei oblatio panis cum vino & aqua, in carnem & ſanguinem Salvatoris, quam de MARIA Virgine aſſumpſit, ad verba Sacerdotis tam ſubſtantialiter, quemadmodum lignum in ardentem carbonem per ardorem ignis, mutatur, &c. Et infra folio 131. Joannes, qui ſpeculum ſanctitatis & virginitatis eſt, quia propterea terrenam deſponſationem repudiabat, & quem Filius Dei, qui à Patre ſuo in Virginalem materiam humanitatis ſuæ deſcendit, *cum omni ornamento virtutum ornavit præ cæteris Sanctis, &c.* Item, infra folio 136. loquendo de peccato Adæ, ac de conceptione humana, inquit: *Sed iſtam mortiferam conceptionem hominis Filius Dei abſterſit, cùm de S. Spiritu ex MARIA Virgine ſine omni peccato virilis naturæ conceptus & natus eſt, &c.* Item, parum poſt: *Vnde etiam omne carnale deſiderium in MARIA Virgine ita conſumpſit, quòd Filius ſuus abſque omni incendio peccati ex ipſa humanitatem ſuam induit.* Spiritus Sanctus enim, qui vivus fons eſt, ſuaviſſimo humore ſuo eam perfudit ſicut ros ſuper granum deſcendit; *ita ut per virtutem Altiſſimi ab omni ardore, qui per ſuggeſtionem diaboli in naſcentibus hominibus fit, & ab omni dolore humanæ naturæ & geniturae obumbrata ſit, &c.* Item, fol. 144. loquēs de peccato originali, & quomodò per aquam baptiſmi deleatur, inquit: O ſanctitas aquæ, in qua Filius tuus mortem contrivit, quem Virgo de tuo igne concepit, *qui in ea omnem liquorem aquoſi peccati exſiccavit, ut ex illo non læderetur, quemadmodum etiam Noe non lædebatur: in his enim ſignis prævidiſti quod in MARIA perfeciſti, quæ caput ſerpentis contrivit, per quem prima mulier decepta eſt.* Item, infra fol. 149. Abraham prima radix fuit, quæ in ramis generis ſui floruit, ſicut Virga Aaron de radice abſciſſa fronduit, in qua præſignaſti Nati tui incarnationem, qui in pudica alvo Virginis de vi tua, ſancta divinitas, abſque omni carnali conceptione floruit. *O pura divinitas! tu attendiſti malitioſum auditum primæ mulieris per ſerpentem deceptæ, & nobiliſſimam virgam MARIAM de vi tua florere feciſti.* Hæc omnia in prædicta Epiſtola. Lib. impreſſ. Coloniæ 1566. in 4.

HINEMARUS Rhemenſis, vocat uterum Virginis MARIÆ *immaculatum, Deiparamque illibatam.* Vide Joan. Euſeb. lib. Excep. cap. 13. fol. 257.

HIPPOLYTA Truxillo Hiſpana, habuit particulares revelationes *de myſterio Immaculatæ Conceptionis*, ut refert Vincentius Blaſcus, lib. 3. Hiſto. Eccleſiaſt. Reg. Aragonum, tomo ultimo, cap. 38. Daza de Conceptione, capite 6. folio 44.

HIPPOLYTUS Capilupus Mantuanus, Poëta Italus, in Carminibus ad Virginem MARIAM, Carm. 2. ait:

*Vt levis in niveum vellus fluit imber ab æthra,*
*Sic in te cœli venit ab arce Deus;*
*Et te prole ſua fecit ſine labe parentem,*
*Et dedit æterna virginitate frui.*

Vide alia infra in alio Hymno, fol. 8. Lib. impreſſ. cum alijs Antuerpiæ 1572. in 4.

HIPPOLYTUS Carmelitanus, edi curavit Quæſtiones duas *de Conceptione Virginis MARIÆ* Franciſci Mayronis Ordinis Minorum; ut videre eſt in lib. impreſſ. Venetijs 1520. in fol. & 1507.

HIPPOLYTUS Chizzola, Canonicus Regularis Lateranenſis Italus, habuit Concionem Dominicâ 3. Adventûs *de feſto Conceptionis Virginis MARIÆ*, ſub themate: Tota pulchra es amica mea & macula non eſt in te, &c. Quæ extat parte 1. Sermonum diverſorum, ac illuſtrium Theologorum, &c. à fol. 62. uſque 104. Lib. impreſſ. Italicè 1565. in 8. & Gallicè Pariſijs 1631. in 8.

HIPPOLYTUS Deneſmondus Mantuanus, Ordinis Minorum Italus, de fabrica Conventuum & Eccleſiarum *ſub hoc titulo Conceptionis Dominæ noſtræ* agit fol. 26. & 29. in Chronologia, & in lib. Hiſtoriæ Eccleſiæ Mantuanæ, folio 451. Lib. impreſſ. Mantuæ 1613. in 4.

Item, ſermone 3. ſuper Magnificat, ad illa verba: In Deo ſalutari meo, inquit: Il terzo reſpeto, *è per la ſua ſantiſſima Concettione, poi che fu concetta ſenza macchia de peccato originale.* Ita Andreas de Peruzzinis in Analyſi Conceptionis, art. 2. fol. 109.

HIPPOLYTUS Maria Tallapietra, Ordinis Prædicatorum Italus, in libro: Gandezze, Privileggi

leggi, Indulgenzze, Miracoli, Ritti, & Amaeſtramenti, per contemplare i miſterij del ſantiſſimo Roſario, &c. lib. 5. folio 450. inquit: *Dio ti ſalve dolce ſuave MARIA, che foſte fatta maravaglioſamente bella nel ventre di tua madre del ſumo Dio, il quale ti adornò di tute le perfetioni, & gratie, &c.* Item, folio 461. Dio ti ſalvi dolce, è ſuave MARIA, præcioſiſſima gemma, è per la ſingolare del genero humano *Tu ſei tutta bella, Vergine ſantiſſima, ne ſi trova macchia alcuna in te, &c.* Lib. impreſſ. Venetijs 1647. in 8. Vide alia in eodem lib. 5.

Item, hic Sermones ſeu Concionum Librum à R. P. Ferdinando Peralta Hiſpanicè conſcriptum, Latinè reddidit, atque marginibus illuſtravit, in quo ſunt quatuor Sermones *de Conceptione Virginis MARIÆ.* Item, prædictos Sermones in compendium redegit, explicans ſummariè, quæ in ipſis continentur; ut videre eſt in principio libri typis mandati Venetijs 1613. in 4.

HIPPOLYTUS Marraccius Lucenſis, è Congregatione Clericorum Regularium Matris Dei Italus, in libro: Pontifices Maximi Mariani, ſeu De Romanorum Pontificum in MARIAM Deiparã Virginem ardenti ſtudio ac pietate, &c. *de Immaculata ejuſdem Deiparæ Conceptione* plura ſparſim per totum lib. impreſſ. Romæ 1642. in 8.

Item, in libro: Apoſtoli Mariani, ſeu De ſingulari Sanctorum Apoſtolorum in MARIAM Deiparam pietate, &c. *de puriſſima intemeratæ Virginis Conceptione* aliqua adducit, quæ ibi videri poſſunt. Impreſſ. Romæ anno 1643. in 8.

Item, in libro: Fundatores Mariani, ſeu De ſacrarum Religionum, Congregationumque Fundatoribus MARIÆ Deiparæ Virgini ſingulariter addictis ac dilectis, &c. *de Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*, vide plura in indice. Impreſſ. Romæ 1643. in 8.

Item, edidit Bibliothecam Marianam alphabetico ordine digeſtam, & in duas partes diviſam, in qua refert quàmplures Doctores, *qui pro myſterio Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ* ſcripſerunt. Lib. impreſſ. Romæ 1648. in 8. Sunt Tomi duo.

Item, edidit Mariale S. Germani Patriarchæ Conſtantinopolitani ex Operibus, quæ in diverſis Bibliothecis reperiri potuerunt, ubi *adducit pro Virginea puritate, ac ejus incontaminata integritate* ea, quæ videri poſſunt verb. Germanus Conſtantinopolitanus. Lib. impreſſ. Romæ 1650. in 8. Vide etiã ejuſdem Notas.

Item, in Mariali Leonis Imperatoris, cognomẽto Philoſophi, ſeu Sapientis, &c. *adducit plura pro Virgineo candore ac innocentia Immaculata*, tam ex ipſo Leone, quàm ex ſuis Notis. Lib. impreſſ. Romæ 1651. in 8. Vide verb. Leo Sapiens.

Item, in Mariali Iſidori Archiepiſcopi Theſſalonicenſis *ſcripſit pro Virginis MARIÆ illibatæ innocentia puriſſima*, &c. quæ videri poſſunt verb. Iſidorus Theſſalonicenſis. Lib. impreſſ. Romæ anno 1651. in 8.

Item, in libro: Lilia Mariana, ſeu De candidiſſimis ſacrarum Virginum in MARIAM Deiparam Virginem, & virginitatis principem ſtudijs, &c. *adducit de Immaculata Virginis Dei Genitricis Conceptione*, quæ poſſunt videri in indice. Impreſſ. Romæ 1651. in 8.

Item, in Mariali Adæ Abbatis Perſenniæ ſacri Ordinis Ciſtercienſis refert & exponit, *quomodò ſacratiſſima Virgo MARIA fuit ſine culpa*; & alia, quæ ibi videri poſſunt in Notis, & in hoc lib. verb. Adam de Perſennia. Lib. impreſſ. Romæ 1652. in 8.

Item, in libro: Reges Mariani, ſeu De Chriſtianis Regibus in MARIAM Deiparam cœli, terræque Reginam cultu ac devotione illuſtribus, &c. *de Immaculata Virginis Conceptione* adducit plura monumenta. Lib. impreſſ. Romæ 1654. in 8.

Item, in libro: Purpura Mariana, ſeu De purpuratis Patribus Eminentiſſimis Cardinalibus, pietate in MARIAM Deiparam Virginem eminentibus, &c. *de Immaculata ac puriſſima Virginis Conceptione* extant plura ſcitu digna. Lib. impreſſ. Romæ 1654 in 8.

Item, ſuppreſſo nomine editum fuit Opuſculum ſub hoc titulo: *Fides Caietana in controverſia Conceptionis Beatæ Virginis MARIÆ ad libram veritatis appenſa, & nulla inventa*, &c. Impreſſ. anno 1655. in 8. Sed quamvis Anonymum, mihi certâ ſcientiâ conſtat, quòd ſit hujus Auctoris.

Item, compoſuit Opuſculum ſub hoc titulo: Catalogus immaculatus Marianus quingentorum & ampliùs Auctorum, pietate ac doctrina maximè illuſtrium, inter quos multi Dominicanorum, qui *de Conceptione Immaculata Deiparæ Virginis*, vel ſpeciales Tractatus ediderunt, vel ejuſdem Conceptioni titulum *Immaculata* in ſuis Operibus addiderunt, ſervato temporum ordine, &c. Hunc manuſcriptum vidi Romæ.

Item, cùm eſſem in Curia Romana Procurator Generalis Ordinis Minorum, an. 1654. approbavi ejuſdem Lib. de Principibus Marianis, ubi multa extant teſtimonia *pro Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*. Impreſſ. Romæ anno 1659. in 8.

Item, Lib. Cæſares Mariani, ſeu De Chriſtianis Imperatoribus erga auguſtam Deiparam Virginem MARIAM ſingulari pietatis, ac venerationis cultu præcellentibus, ubi plura extant *pro puriſſima & illibata Virginis MARIÆ Conceptione*. Impreſſ. Romæ, anno 1656. in 8.

Item, Lib. Antiſtites Mariani, ſeu De Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopis, Archiepiſcopis ac Patriarchis præcipuo in MARIAM Deiparam Virginem amore præcellentibus, *ubi & de puriſſima Conceptione Virginis MARIÆ non pauca adducit*. Lib. impreſſ. Romæ 1656. in 8.

Item, edidit lib. Heroides Marianæ, ſeu De illuſtrium fœminarum Principum in MARIAM Deiparam Virginem pietate, in quo etiam multa refert *de Immaculata Virginis Conceptione*. Lib. impreſſ. Romæ 1659. in 8.

Item, edidit Catalogum de Doctoribus ſcribentibus *pro Immaculata Virginis Conceptione*, quem ab ipſomet manuſcriptum accepimus & habemus penes nos.

Item, Lib. Trutina Mariana, in qua auctoritates Sanctorum Patrum, ac Beatorum Virorum contra *Immaculatam Conceptionem Beatiſſimæ Virginis MARIÆ* ab Adverſarijs adductæ, bene expenſæ ac ponderatæ, fictæ prorſus & ſomniatæ inveniuntur. Lib. ſub nomine Cryptophili Mariani impreſſ. Placentiæ 1660. & Bruxellis 1662. in 12. Habet etiam ſecundum tomum paratum de eadem materia, ut ipſe teſtatur in eodem libro.

Item, Lib. Vindicatio S. Ordinis Prædicatorum à vulgi calumnijs *in controverſia Conceptionis Beatiſſimæ Virginis MARIÆ*, in duos libros diviſa: in quorum primo Angelicum Doctorem S. Thomam Aquinatem; in ſecundo verò reliqua præclariſſima

ma Dominicanæ Religionis Lumina, non (ut falſò vulgus putat) Immaculatum Deiparæ Conceptum oppugnaſſe; ſed eundem (ut evincit veritas) ſtrenuè ac glorioſè propugnaſſe, demõſtratur.

Item, Vindicatio S. Catharinę Senen. à commentitia revelatione eidem S. Catharinæ Senenſi appicta *contra Immaculatam Conceptionem Beatæ Virginis MARIÆ*. Extat manuſc. apud nos.

Item, Vindicatio Cajetana, ſeu Thomas de Vio S. R. E. Cardinalis Cajetanus *in controverſia Conceptionis Beatiſſimæ Virginis MARIÆ* à calumnijs vindicatus, adverſùs Pſeudo-Cajetanum quemdam, qui, ut Cajetani famam inficeret, vel ut ſuo de Conceptione B. Virginis ad Leonem X. Opuſculo auctoritatem conciliaret, ſub clariſſimo ejuſdem Cajetani nomine illud ſcripſit, atque evulgavit.

Item, de Eccleſiaſtica Marianæ Conceptionis celebritate Opuſculum, in quo manifeſtè oſtenditur, *Eccleſiam in feſto Conceptionis celebrare MARIÆ Deiparæ Virginis Conceptionem Immaculatam.*

Item, de legitimo Fidelium ſenſu in Eccleſiaſtica Marianæ Conceptionis celebritate Opuſculum, in quo oſtenditur, non poſſe fideles *in feſto Conceptionis* licitè inter divina Officia ſentire, B. Virginem maculatè fuiſſe conceptam.

Item, Tiara Pontificia Mariana immaculata, ſeu De Summorum Pontificum erga MARIAM Deiparam *Virginem Immaculatè conceptam* ardenti ſtudio & pietate, Libri tres.

Item, Galerus Purpureus Marianus immaculatus, ſeu De Purpuratis Patribus Eminentiſſimis S. R. E. Cardinalibus pietate in MARIAM Deiparam *Virginem ſine originalis peccati macula conceptam* eminentibus, Libri duo.

Item, Infula Mariana immaculata, ſeu De Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopis, Archiepiſcopis ac Patriarchis præcipuo *in MARIAM Deiparam Immaculatè conceptam* amore præcellentibus, Libri duo.

Item, Diadema Marianum immaculatum, ſeu De Orthodoxis Imperatoribus *in MARIAM Deiparam Virginem Immaculatè conceptam* ſingulari pietatis ac venerationis cultu inſignibus, Liber unus.

Item, Sceptrum Marianum immaculatum, ſeu De Chriſtianis Regibus *in MARIAM Deiparam Virginem Immaculatè conceptam* cultu ac devotione illuſtribus, Liber unus.

Item, Corona Mariana immaculata, ſeu De Chriſtianorum Principum, infra Cæſares Regeſq; *erga MARIAM Deiparam Virginem Immaculatè conceptam* obſequijs, Liber unus.

Item, Onomaſticon Conceptionis Immaculatæ, in quo ex varijs B. Virginis nominibus, alphabetico ordine digeſtis, *eadem B. Virgo ſine originalis peccati maculâ concepta* comprobatur.

Item, Speculum opinionis *Deiparam Virginem in Conceptu labe originariâ maculantis*, in quo ſtatus præſens ejuſdem opinionis, ac præjudicia ipſi à Sede Apoſtolica hactenus illata conſpiciuntur. Hæc ad verbum refert in fine ſuæ Trutinæ Marianæ.

HIPPOLYTUS de Olivares Buitron Hiſpanus, ſcripſit Librum *de Immaculata Virginis Conceptione*, ſoluta & ligata oratione, &c. Impreſſ. Limæ, anno 1631. in 4. cum imagine Immaculatæ Conceptionis.

HIPPOLYTUS Portuenſis Epiſcopus, & S. Martyr, in Oratione de Conſummatione mundi, ait de Deo: Qui ex *impolluta Deipara MARIA ortum ſumpſit atq; incrementum, &c.* Deinde: Cùm Dominus noſter JESUS Chriſtus ſecundùm carnem advenerit ex ſancta *& Immaculata Virgine.* Deinde paulò inferiùs: Cùm Salvator mundi genus humanum ſalvare decreviſſet, *de Immaculata MARIA natus eſt.* Extat in Biblioth. VV. PP. omniũ impreſſ. Ex his ſic dicit Marrac. in Antiſ. Marian. fol. 276. Ubi, Lector, cùm MARIAM Immaculatam & impollutam audis, cur non de integra puritate, munditia & ſanctitate capias, atque adeò perpetua?

HIPPOLYTUS Titi à Burgo S. Sepulchri, in Theſauro quatuor Eccleſiarum de Urbe, &c. de Eccleſia S. MARIÆ Majoris, in Litania ad Virginem, ait: *Per Immaculatam MARIÆ Conceptionem, libera nos Domine.* Et fol. 17. vocat Virginem puriſſimam. Lib. impreſſ. Romæ 1600. in 12.

HONOR de la Corte, in Fundatione Ordinis Militaris à Garcia Navarræ Rege, *de Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione.* Ex Joſepho Micheli, folio 17.

HONORIUS Auguſtodunenſis Presbyter, in Cant. Cantic. cap. 2. ad illa verba: Ego flos campi, inquit: Flos campi propriè eſt flos parvulus nimis rubicundus, & eſt Chriſtus humilis factus proprio ſanguine rubricatus: *campus, ideſt terra inarata, eſt Virgo inviolata*, cujus flos eſt Chriſtus Dominus, quia de Virgine natus, &c.

Item, cap. 3. ad illa verba: Ferculum fecit ſibi Rex Salomon, inquit: Libanus dicitur candidatio, & Chriſtus eſt candidus, *quia de caſta Virgine ſine labe peccati natus.* Verba illa, *ſine labe peccati*, videntur referri ad Chriſtum, ſed etiam poſſunt intelligi de MARIA Virgine. Extat in Biblioth. Veterum Patrum, tom. 12. parte 1. fol. 1137. Aliqui dicant eum eſſe Benedictinum ſub nomine Honorij de Auguſta.

Item, in Sigillo B. MARIÆ, cap. 1. fol. 1170. inquit: *MARIA ignoravit maculam ſordis*, & ideo pulchra, ideſt, benedicta inter mulieres; pulchra bis prædicatur, quia ſine interiori & exteriori macula declaratur. Et c. 4. inquit: Tota es pulchra, quia in ſingulis ſenſibus tuis, ut dixi, es per virtutes gratioſa, *& quia in te non eſt peccati macula.* Hæc auctoritas expreſſa videtur pro puritate Deiparæ.

Item, in Sermonario ſuo, ſerm. de Purificat. ad illa verba: Veritas de terra orta eſt, inquit: Quæ veritas de terra orta eſt, cùm de S. MARIA humanitas ſumpſit exordia. Hæc idcirco terræ comparatur, quia ſicut primus Adam de munda terra formatur; *ita ſecundus Adam Chriſtus de munda Virgine procreatur.* Lib. impreſſ. Coloniæ 1531. in 8. Si ergo iſte Auctor antiquus ac claſſicus non ſuſtinuit noſtram ſententiam expreſſis ac formaliſſimis verbis, loquendo de Conceptione in individuo: duo tamen ex ipſius ſcriptis colliguntur. Primum, pro nobis eſſe in locutionibus univerſalibus, & pro opinione contraria nullo modo.

HONORIUS Lucius Gallienſis, in lib. Decretorum Concilij Tridentini, *circa Decretum de peccato originali à Synodo Tridentina editum, & exemptione Immaculatæ Virginis MARIÆ ab univerſali regula.* Venetijs 1567. in 8. & Duaci 1618. in 8.

HONORIUS Primus Pontifex Maximus, edidit reſcriptum, quod recitatur in ſexta Synodo, additione 12. ubi inquit: Quia profectò à divinitate aſſumpta eſt natura noſtra, non culpa illa (alij legunt, in illa) profectò, *quæ ante peccatum erecta eſt, non quæ poſt peccatricem vitiata.* Et infra: De

ſancta & Immaculata Virgine *nullum experiens contagium vitiatæ naturæ*, *&c.* Vide de hac expreſſa auctoritate Euſeb. Nieremberg. in lib. Excep. cap. 8. fol. 74.

HONORIUS Tertius Summus Eccleſiæ Pontifex, qui Religiones Prædicatorũ ac Minorum confirmavit, edidit breviſſimas Expoſitiones ſuper Cantica ferialia, quæ in Eccleſia recitantur ad Laudes & ad Veſperas, & ſuper Magnificat, ubi ſic inquit: Magnificat anima mea Dominum; hoc eſt: Tanto & tam inaudito munere me Dominus ſublimavit, quòd nullo linguæ officio explicare potero, & ideò anima mea jubilet magnificentiam ejus. Et exultavit ſpiritus meus, id eſt, ſuperior mens animæ in Deo ſalutari meo, hoc eſt: De divinitate Chriſti Salvatoris ſpiritus meus lætatur, cujus Spiritu caro mea temporali conceptione fœcundatur: & meritò lætor; quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ. Per ſuperbiam Evæ mors in mundum intravit, & per humilitatem MARIÆ vita advenit, quæ mortem interemit. Humilitatem ejus Dominus reſpexit, dum non à filia Regis vel divitis, ſed à paupercula naſci voluit. Ideo autem ab illa & non ab alia naſci voluit: quia ipſa prima in mundo votum virginitatis fecit. Ecce enim ex hoc Beatam me dicent omnes generationes. Omnes generationes MARIAM beatificant, quia ipſa genuit beatitudinis Auctorem. Quia fecit mihi magna qui potens eſt. Et magna Deus cum ea fecit, quia Filium ſuum de ea naſci voluit, quæ poſt partum Virgo & Mater fuit; *& humanum genus per Evam lapſum, per ipſam reparavit ad vitam.* Et hoc quia potens eſt: quia nullus alius potuit hoc facere. Et ſanctum nomen ejus, quod eſt Dominus, *qui me ancillam ſuam ſanctificat propriè ſanctus, & homines & Angelos ſanctificans.* Et miſericordia ejus à progenie Judæorum in progenies Chriſtianorum, &c. Invenimus Expoſitionem iſtam antiquis characteribus ſcriptam in fol. Coloniæ apud S. Martinum Majorem Ordinis S. Benedicti. Et licèt non ſit expreſſus miles pro noſtra ſententia, eſt tamen Auctor antiquus, & non eſt contra eam; imo ſi in aliqua acie collocandus ſit, abſque dubio pro omnimoda puritate Virginis videtur militare, ut cuilibet conſideranti ſignata verba conſtabit. Quid autem dicant de hoc Defenſores opinionis contrariæ, vide in Radijs Solis Veritatis.

HONUPHRIUS Maneſcal, Doctor Hiſpanus, in libro Concionum, tomo 1. *in die Conceptionis Immaculatæ Virginis MARIÆ* Concionem, à fol. 90. uſque 99. Lib. impreſſ. Barchinone 1603. in 4.

HONUPHRIUS Martini, Ordinis S. Auguſtini Congregationis Illicitanæ, edidit Senis vitam B. Chriſtinæ, ſeu Chriſtianæ de S. Cruce vallis Arni, *in qua agit de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ.* Ita Marrac. in Catal. ad annum 1593.

HONUPHRIUS Pambinus, Ord. S. Auguſtini Veronenſis Italus: *Quòd Sixtus 4. Pont. Max. veteribus ſolemnitatibus adjunxit feſtivitates Cõceptionis, Oblationis Beatiſſimæ Virginis Deiparæ, SS. Annæ, Ioſephi & Franciſci, quas in Eccleſia celebrari juſſit.* In hiſtoria Summ. Pontific. Coloniæ 1611. in 4.

HORÆ Diurnæ de Beata Virgine MARIA, *de Immaculata Conceptione ejuſdem* in Tract. vel Oratione de quinque feſtis B. MARIÆ. Lib. impreſſ. Pariſijs 1513. in 4. regali.

Item, Horæ in laudem Beatiſſimæ Virginis ad uſum Romanum, *de Immaculata Conceptione ejuſdem* officium ad finem. Impreſſ. Pariſijs 1531. in 8.

Item, Horæ B.V. MARIÆ, fol. 302. adducunt *officium Conceptionis Immaculatæ*, uſque ad fol. 308. & incipit: Fletus longævi. Lib. impreſſ. Antuerpiæ 1565. in 8. Item, aliæ inter varia officia fol. 121. habent *officium Conceptionis B. Virginis*, & incipit etiam: Fletus longævi. Item, aliæ Horæ Gallicè impreſſæ, *habent officium Immaculatæ Conceptionis*, de quibus in Regeſt. Armament. Seraph. columna 210. & titulus eſt: Les preſentes Heures à l'uſage de Rome, &c. Aliæ ſunt Horæ, ex quibus Antonius Balinghen in ſuo Parnaſſo Mariano, fol. 34. adducit Hymnos *de Conceptione Virginis MARIÆ.* Tandem ſunt aliæ Horæ Gallicè impreſſæ ſub hoc titulo: Les ſaincts devoirs de l'ame devote, &c. & fol. 128. *adducunt officium Immaculatæ Conceptionis ſpeciale.* Primus Hymnus incipit: Salve mundi Domina; Oratio verò: Sancta MARIA Regina Cœlorum, &c. qui nunc tuam *ſanctam Conceptionem* devoto affectu recolo, &c. Lib. impreſſ. Pariſijs 1652. in 12. regali. Et hoc officium habet imaginem Sancti Hyacinthi, Ordinis Prædicatorum. Item, aliæ S. Eccleſiæ Toletanæ, ad diem 8. Decembris: *De Conceptione Virginis MARIÆ.* Extant manuſc. in Bibliotheca Collegij Complutenſis in 8.

Item, Horariũ antiquum in charta pecorea pulcherrimis imaginibus adornatum, & (ut ex figuris conſtat) Ordinis S. Bernardi, die 8. Decembris: *Conceptio B. MARIÆ* rubris characteribus, in Bibliotheca D.D. Card. Barberini, num. 336. in 12. Horæ itidem Beatæ MARIÆ Virginis ad uſum ſacri Ordinis Ciſtercienſis, die 8. Decembris, rubris characteribus: *Conceptio Beatæ MARIÆ.* Impreſſ. Valliſoleti 1630. in 16. & Pariſijs an. 1605. in 16.

Item, Horæ ſecundùm uſum Romanum habent officium Concept. & ſic incipit ad Matutinum;

*Benedicta Conceptio*
*Virginis Matris MARIÆ*
*Feſtivetur cum gaudio,*
*Adſit dies lætitiæ*, &c,

Integrè adducitur à Patre Antonio de Balinghem in Parnaſſo Mariano, à folio 33.

Item, Horæ Sanctiſſimæ Virginis MARIÆ manuſc. in charta pecorea antiquis characteribus, ad ultimum *adducunt officium de Conceptione B. MARIÆ Virginis*, & incipit: Fletus longævi Rex Regum. Oratio: Deus ineffabilis miſericordiæ, &c. cum pulcherrima imagine Immaculatæ Conceptionis, & omnibus attributis circumſcriptis. Extant in Bibliotheca D. Cardin. Barberini.

Horæ B. Virginis MARIÆ, folio 188. adducunt officium ſingulare pro feſto Conceptionis Virginis MARIÆ cum tribus Hymnis. Et Miſſa eſt: Gaudeamus omnes, &c. Et Sequentia incipit: Hac clara die turba feſtiva dat præconia, &c. Extant impreſſ. in 8. in Conventu S. Franciſci Recollectorum Duaci: ſed carebant principio & fine; & ideo neſcio quando vel ubi fuerint typis mandatæ.

Horę in laudem Beatiſſimę Virginis, &c. fol. 58. adducunt officium Conceptionis; & Hymnus incipit: *Benedicta Conceptio Virginis Matris MARIÆ*, &c. ℣. In conſpectu Altiſſimi *Immaculata permanſiſti.* Oratio: Deus, qui pro ſalute humani generis carnem glorioſæ Virginis MARIÆ aſſumere dignatus es, & *ipſam ſine macula concipiendam ante ſæcula Matrem elegiſti*, *&c.* Et in Hymno ad Tertiam: *Conceptio laudabilis ab Angelo nuntiata MARIÆ, ſum laudabilis in Conceptu præſervata eſt*, *&c.* Et ſic ad omnes

Horas

Horas agit de præſervatione à labe originali, eſtque officium ſingulare, impreſſum in charta pellicea. Pariſijs 1521. in 24.

Item, Gallicæ in Kalendario: *Conceptio B. MARIÆ.* Pariſijs impreſſ. extant in Collegio Claramontano lit. M.

Item, Horæ B. MARIÆ Virginis ſeu officium, fol. 27. habet officium *Conceptionis B. V. MARIÆ* Græco-latinum. Lib. impreſſ. Pariſijs 1620. in 24.

Item, Horæ Dominæ N. ad uſum Pariſien. Gallicè, fol. 57. S'enſuyvent les Heures *de la Conception de la Benoiſte Vierge MARIE.* Hymnus: Fletus longævi, &c. ℣. Necdum erant abyſſi, & ego jam concepta eram. Oratio: Deus ineffabilis. Lib. impreſſ. Pariſijs 1583. in 12. Item, ibidem: Proſæ totius anni, impreſſ. Pariſijs 1584. folio. 22. *In Conceptione B. MARIÆ Virginis:* Dies iſte celebretur, in quo piè recenſetur Conceptio MARIÆ, &c. & eſt Proſa particularis.

Item, ibidem Horæ Monaſticæ: *Conceptio, ſummum dupl.* Item, aliæ ibidem: Totum dup. & duo Diurnalia Monaſtica eodem modo, ac aliud Horarium; & omnia ſunt manuſcripta in Belgio.

Item, Horæ B. Virginis Gallicè: *Conceptio Dominæ noſtræ.* Antuerp. 1594. in 16. Pſalterium Dominæ noſtræ: *Conceptio MARIÆ* 12. Lectiones, manuſc. in Conventu Fratrum Minorum Ipris in 8.

Item, Horæ antiquæ in charta pecorea exiſtentes in Biblioth. Societatis JESU Collegij Toloſani, ad finem in Hymno de Beata MARIA:

*Ave, cujus Conceptio*
*Solemni plena gaudio,*
*Cœleſtia, terreſtria*
*Novâ replet Lætitiâ.*

Et in Oratione: Deus qui nos Conceptionis, Nativitatis, &c.

Item, Horæ ad uſum Romanum noviter imp. Pariſijs, die octava Decembris: *Conceptio Beatæ MARIÆ;* & fol. 65. Gallicè: *Vierge ſans peché,* &c. Item, 2. part. fol. 40. à tergo: *Ave roſa ſine ſpinis, te quam Pater in divinis majeſtate ſublimavit, & ab omni culpa præſervavit,* &c. Impreſſ. Pariſijs per Guilielmum Merlin abſque anno: ſed ſunt antiquiſſimis characteribus in Collegio Claramontano Pariſ. in 8. lit. M.

Item, Horæ B. Virginis Flandricè manuſ. *Conceptio Dominæ noſtræ,* in Monaſterio Dunenſi in 8. Item, Horæ Latinæ, vel varia officia manuſ. *Conceptio MARIÆ.* Et alia officia antiqua cum eadem rubrica de Conceptione.

Item, Horæ impreſſ. Pariſijs abſque anno, folio 137. hæc habent:

*Ab omni contagio*
*Munda præſervata,*
*Ante ſancta, in utero*
*Parentis quàm nata.*

Item, Horæ Gallicæ impreſſ. Duaci 1583. & Turonis 1527. habent ſẽper rubricam *de Conceptione.* Et aliæ à Nicolao de Leice diſpoſitæ, impreſſ. Duaci 1606. Horæ ad uſum Fratrum Prædicatorum, impreſſ. Pariſijs apud Simonem Boſtre abſque anno, habent rubricam *de Conceptione Beatæ Virginis.* Et aliæ plurimæ quas manuſc. vidimus in diverſis Bibliothecis Galliæ & Germaniæ ac Belgij, ſemper ſunt cum rubrica de Conceptione.

HORATIUS Bertius Lateranenſis, Ordinis Minorum Italus, in pulcherrima lamina miro artificio ac diſpoſitione excogitata diſpoſuit Arcẽ, ſeu caſtellum Immaculatæ Conceptionis, cujus ſuccinctam explanationem ſic proponit: Arx iſta, quam cernis, optime Lector, myſticè eſt Virgo MARIA, prout ex D. Luca cap. 10. in illis verbis habetur: Intravit JESUS in quoddam Caſtellum, id eſt, in Beatam Virginem per incarnationem; exponunt nonnulli graves Doctores. Caſtellum verò & arx pro eodem ferè uſurpantur; conſtruitur ab Angelis ſupra tres ſanctos montes ex ſexaginta tribus lapidibus pretioſis juxta 63. annos, quos ipſa in hoc ſæculo vixit: quando enim ex ea Verbum carnem aſſumpſit, puella erat 14. annis exactis; quando Filius mortuus eſt 42. reliquos verò 15. vixit uſque ad Aſſumptionem in cœlum. Singuli autem Chori, qui 9. ſunt, ponunt in arce lapides 7. qui novies repetiti, numerum 63. complent. Lapides per numeros in arce diſtincti habent ſua quique nomina, virtutes & proprietates (prout in capſulis nominantur) ſignificantque virtutes & proprietates Beatæ Virginis. Clypei ab arce pendentes ſunt Sancti Patres & Doctores Scholaſtici, *qui B. Virginẽ MARIAM ſine originalis peccati labe fuiſſe conceptam aſſeruerunt.* Ab altera arcis parte acies gratiæ, peccati originalis aciem debellans, poſita eſt; ab altera verò acies peccati actualis à 7. ducibus in fugam verſa. Duæ ſcalæ ex 24. gradibus, qui ſunt 12. fructus Spiritus Sancti, & 12. virtutes MARIÆ, ſignificant ſcalam Jacob, per quam Angeli aſcendebant, & deſcendebant. Adeſt arbor generationis humanæ, quâ orimur, & in pelagus peccati originalis labimur, *excepta Virgine glorioſa, quæ à Deo ſuſcipitur, & præſervatur ne cadat:* renaſcimur autem per ſanctum Baptiſmum, qui habet virtutẽ à Paſſione Chriſti. Hæc Horatius de ſuo Opere, & quod proponit, exactiſſimè complet. Impreſſ. Florentiæ 1660. in charta expanſa.

HORATIUS Diola Bononienſis, Ordinis Minorum Italus, in traductione Chronicorum Ordinis Minorum Illuſtriſſimi D. Marci de Liſboa Epiſcopi Portuenſis, 3. parte, lib. 1. cap. 47. ſic inquit Italicè: *Nel medeſimo tempo era Retore dello ſtudio de Toloſa, un Dotore in Teologia, il quale volendo perſuadere al Popolo, che la glorioſa Vergine fù conceputa in peccato originale, fu dal Popolo furioſamente ſcacciato fori della Città, per lo che ſen' ando à Roma à querelarſi al Papa Martino Quinto, è ſeco aſſai ſi dolſe della receuuta ingiuria; ſua Santità doppo che lo hebbe aſcoltato, è prefiſſe un giorno per diſputare queſto articulo, è chiamati d' ordine d' ſua Beatitù molti gravi, e ſegnalati Maeſtri in Teologia, andarono tuti à ſedere nel luogo diputato, ma non fu poi eſſequita la diſputa, è ciaſcuno rimaſſe nella ſua opinione.* Lib. impreſſ. Venetijs, anno 1598. in 4. folio 33. à tergo: Sed nota, quòd hæc relatio ſit truncata verbo illo: luogo diputato, & hoc factum eſt in ſola hac impreſſione, nam in alijs aliter extant verba, ut diximus in Sole Veritatis, & ut videre eſt in Chronico Hiſpanicè ſcripto.

HORATIUS Guizziardus Mutinenſis, ſeu de Guizziardis Italus, ſcripſit *de Conceptione Virginis MARIÆ* Sermonem unum; & fortè idem eſt cum infra ponendo. Ex Hippolyt. Marrac. in Bibliotheca, & in Catalogo ad annum 1586.

Item, ſcripſit *de Conceptione Virginis MARIÆ* Opuſculum, ut teſtatur Franc. Maria Piſtoia in MARIA triumphante, corona 2. cap. 8. fol. 228.

Item, ſub nomine Joannes Baptiſta de Guiccejardis Mutinenſis, in libro de octuaginta octo Sermonibus ſpiritualibus, ſermone 5. ſub hoc titulo: *MARIAM Virginem in ſacra Scriptura prædicatam fuiſſe*

*ſine macula extitiſſe, multaque privilegia à Domino Deo recepiſſe*, a folio 12. uſque 16. Lib. impreſſ. Bononiæ 1586. in 4.

HORATIUS Turſelinus, Societatis Jeſu Italus, in Lauretana hiſtoria, cap. 1. fol. 4. inquit: Natalem Beatæ Virginis domum Galilæa Syriæ Regio olim habuit; *ibi in oppido Nazaretho illa genita, & educata eſt*, &c. Lib. impreſſ. Romæ 1597. in 4. & Hiſpanicè tranſlatus à R. P. Joanne de Rojas ejuſdem Societatis, Matriti 1603. in 4.

HORTENSIUS Fœlix Palavicinus, Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis Hiſpanus, in Orationibus Evangelicis de Chriſto Domino ac Sanctiſſima ejus Matre, &c. *de puriſſima Conceptione Virginis MARIÆ Dominæ noſtræ* Sermones quatuor, à fol. 65. uſque 88. Lib. impreſſ. Matriti, anno Domini 1638. in folio.

Item, in Orationibus Evangelicis funeralibus, orat. 1. fol. 91. *Quare myſterium Conceptionis Virginis MARIÆ non ſit declaratum de fide, &c.* Lib. impreſſ. Matriti 1641. in 4.

Item, in ſerm. de Præſentatione Virginis MARIÆ, fol. 21. *agit de Immaculata Conceptione Deiparæ.* Extat impreſſ. cum aliis in Sacrario Toletano, folio 20.

HORTENSIUS Ludovicus Cicada, Genuenſis Ordinis Prædicatorum, typis mandari curavit Curſum Theologicum in 1. par. D. Thomæ P. Joan. à S. Thoma, in quo à fol. 119. art. 2. cujus titulus eſt: *Quis ſit ſenſus D. Thomæ circa ea, quæ Eccleſia docet de Immaculata Virginis Conceptione?* latè agitur de hoc myſterio. Lib. impreſſ. Januæ 1654.

HOSBERTUS Pyckereghamus Anglus, ſcripſit Librum *de Conceptione Virginis MARIÆ* ad annum 1330. ut teſtatur Andreas Sauſajus Epiſcopus Tullenſis in ſua ſerie Chronologica, ad annum 1330. & Joannes à S. MARIA in ſupplici Libello ad SS. D. N. Innocentium X. folio 330.

HUGO Burlætus, Theologus Sorbonicus, in lib. Homiliæ viginti quatuor, tempore Adventûs habitæ in Eccleſia Meldenſi, anno 1576. fol. 130. Serm. *pro Immaculata Virginis Conceptione.* Incipit: Sicut malum inter ſylvas. Lib. impreſſ. Lutetiæ 1578. in 8.

HUGO Cavellus, Ordinis Minorum Hybernus, Archiepiſcopus & Primas Armachanus, doctiſſimis ſcolijs illuſtravit quæſtionem *de Immaculata Virginis Conceptione*, à Doctore Subtili Joanne Duns Scoto ſcriptam; ut videre eſt in lib. impreſſ. Antuerpiæ 1620. in folio. Item, ad calcem 3. libri Sent. ſcripſit Roſarium B. MARIÆ, ſeu Appendicem ad quæſt. 1. diſt. 3. *de Immaculata Conceptione MARIÆ*, in quo adducit teſtimonia omnium ſeculorum pro eadem *Immaculata Deiparæ Virginis Conceptione* per 7. folia, ubi multa & præclara ſcitu digna invenies.

HUGO Conſtantienſis, Epiſcopus Tigurinus, in Quæſt. de imaginibus colendis, à ſe patrio ſermone conſcripta, deinde latinitati donata à Georgio Theandro, articulo 6. fol. 17. inquit: Eam autem Reginam cœli, & terrarum Dominam haud immeritò dicimus, prædicamus, & immenſis laudibus celebramus, quòd videlicet ea Regis Regum cœlique & terræ Domini ſit Mater. *Quòd hæc ſit illa & unica, quæ digna viſa fuit, ex cujus immaculato, eoque virgineo corpuſculo* totius mundi Salvator carnem ſumens naſceretur, &c. Lib. impreſſ. Ingolſtadii 1546. in 4.

HUGO de Loubenx Verdola, Magiſter Hoſpitalis Sancti Joannis Hieroſolymitani, præcepit ut in judicijs prædicti Ordinis *obſervaretur feſtum Conceptionis B. Virginis MARIÆ*; ut videre eſt in libro Conſtitutionum Ordinis, fol. 89. Lib. impreſſ. Romæ 1584. in fol.

HUGO Magiſter, habet Tractatum ſuper Tota pulchra, & incipit: Frater chariſſime, manuſculum ſponſionis meæ. Ubi dicit latiſſimè, *liberam & immunem eſſe ab omni malo & macula MARIAM*. Extat in 4. Inſulis in S. MARIA de laude.

HUGO Magneſius, Ordinis Minorum, in Apologia pro Scoto agit *de Immaculata Conceptione*, ut refert R. P. Hondeghen in ſua Luce Meridiana.

HUGO N. Præmonſtratenſis Ordinis, & S. Norberti Diſcipulus, ſcriptum reliquit prædictum Fundatorem ſuam Religionem inſtituiſſe in honorem *Conceptionis Virginis MARIÆ*. Vide Joan. Euſeb. de perpet. obiect. Concept. cap. 7. fol. 54.

HUGO de Novo-Caſtro, vel de Caſtro-Novo, Ordinis Minorum Anglus, ſcripſit Collationes, quarum una fuit *de myſterio Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, ut refert Daniel Agricola in Corona Doctorum *pro Conceptione Virginea*, fol. 176. Andreas de Peruzzinis in Analyſi Concept. art. 2. fol. 107. citat ipſum in 3. lib. Sentent. item de Daza, fol. 48. De hoc etiam Waddingus, fol. 179. Pitſeus, Salazar, Serranus, Leon & Euſeb. lib. Except. fol. 519. & Epiſcopus Azernenſis in Elucidario, part. 2. fol. 63. Piſtoia, folio 158.

HUGO de Prato-Florido, Ordinis Prædicatorum Italus, in Sermonibus de Sanctis per annum, ſerm. 1. de Annuntiatione MARIÆ, folio 122. inquit: Beatiſſima Virgo poteſt dici nubes levis, *quia non fuit onerata pondere peccati*; dignum enim fuit, quòd illa, quæ debebat concipere Dominum Sabbati, non portaret pondera in die Sabbati, &c.

Item, Serm. 2. de Annũtiatione, ad finem fol. 123. inquit: Ne timeas à facie eorum, quia ego ſum tecum, ut eruam te, dicit Dominus. Iſta verba dicuntur de Hieremia Propheta, qui à Domino (ſicut legitur ibidem) fuit ſanctificatus in utero, Hierem. 1. Priuſquam te formarem in utero novi te, & antequam exires de vulva ſanctificavi te; ideo verba prædicta competenter glorioſæ Virgini adaptamus: *ipſam enim ſanctificatam fuiſſe in utero firmiter tenemus.* Unde in Pſalmo 45. dicitur: Sanctificavit tabernaculum ſuum Altiſſimus. Chriſtus ergo glorioſam Matrem ſuam, *quam in utero ſanctificavit, à morte & omni mortalitate eruit, ſive eripuit, &c.* Verba illa, quòd Deus ſanctificavit Virginem MARIAM in utero matris, generaliter non ſignando tempus vel inſtans, ex antecedentibus, & ſubſequentibus explicantur ac individuantur: quia ſi non fuit onerata pondere peccati, igitur abſque illo concepta & ſanctificata. Et ſi fuit MARIA libera, & erepta ab omni morte & mortalitate; cùm verba iſta non poſſint verificari de morte corporali, neceſſe eſt ut intelligantur de morte ſpirituali & peccati (peccatum enim originale mortiferum eſt) Igitur ab hac morte Matrem ſuam eruit, ſive eripuit Chriſtus.

Item Sermone 1. de Nativitate Virginis, fol. 234. inquit: Nec mirum, ſi adventum Beatæ Virginis dæmones timuerunt; quia *in ejus adventu contriti ſunt.* Unde Beatus Hieronymus: Dixit Dominus Deus ad veterem ſerpentem; Inimicitias ponam inter te & mulierem, & ſemen tuum & ſemen

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

men illius; ipſa conteret caput tuum, &c. Si ergo per arcam ſignificata eſt Virgo MARIA; hanc arcam Noë, id eſt Chriſtus aptavit: quia ut ſibi eſſet aptum habitaculum, ſanctificavit eam Altiſſimus. Decebat ut illius hominis Conceptio de Matre puriſſima fieret; ea puritate, qua major ſub Deo nequit intelligi, &c.

Item, Sermone 2. de Nativitate, folio 236. Fons quandoq; habet ortum in locis lutuoſis, habet tamen claritatem & perſpicuitatem; ſic Beata Virgo à Judæis per peccatum lutuoſis, *habet tamen omnis pulchritudinis nitorem*, &c. Hæc venit ad Libanum, qui interpretatur candidatio, per interiorem & exteriorem ſanctitatem & puritatem; decebat eum, &c.

Item, Sermone de Dominica 5. poſt octavam Epiphaniæ, qui eſt in ordine 24. & incipit: Simile eſt Regnum cœlorum homini, qui ſeminavit bonum ſemen, &c. folio 78. inquit: Sextus ager eſt Beata Virgo, in quo Deus ſeminavit Verbum ſuũ divinum & æternum, cum plenitudine gratiarum & virtutum. Terra illa quondam inculta, facta eſt ut hortus voluptatis. Hic eſt ager plenus, cujus fragrantiam Deus Pater ſentiens benedixit ei; hæc eſt terra bona & optima, quæ attulit fructum centeſimum, ſexageſimum & trigeſimum: quia & Virgo, & nupta fuit, & vidua. *In hoc agro diabolus nunquam potuit aliquod malum ſeminare, neque actuale, neq; originale*, Cant. 4. *Tota pulchra es amica mea & macula non eſt in te.* Et ſic patet, quòd Deus vicit diabolũ, &c. Lib. impreſſ. Lugduni 1528. in 8. & Antuerpiæ 1617. in 8.

Item, Sermone 1. de Omnibus Sanctis, folio 3. columna 1. inquit: Nubis columna eſt Beata Virgo MARIA, Iſaiæ 19. Aſcendet Dominus ſuper nubẽ levem. Beata MARIA dicitur nubes levis, *quia ab omni ſarcina peccati tam originalis, quàm actualis liberata*, &c. Neque ex eo, quòd audias liberatam fuiſſe Virginem ab originali, exiſtimes hoc fuiſſe poſt contractionem originalis; nam eodem modo fuit liberata ab originali, ſicut actuali; atqui ab actuali fuit liberata non ſublevativè, ſed præſervativè; igitur eodem modo ſecundùm Hugonẽ fuit liberata ab originali: aliàs non eſſet vera illa univerſalis: Ab õni ſarcina peccati. Imp. Antuerp. 1617. in 8. Nihil aliud habet Hugo pro nec contra circa materiam Cõceptionis; ſed ex his patet, quòd in noſtram ſententiam fuerit pluſquã propenſus.

HUGO Salelius Gallus, qui floruit ad annum 1539. edidit Pariſijs Canticum Regium *pro Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*; ut refert Hippoly. Marrac. in Catalogo, & in Bibliotheca, fol. 611. Piſtoia, corona 2. cap. 8. folio 226.

HUGO de Sancto Charo, Ordinis Prædicatorum, in Expoſitione Evangeliorum, ad cap. 10. Lucæ dicit: *Primum MARIÆ privilegium eſt immunitas à peccato.* Ita Andreas Sauſajus Epiſcopus Tullenſis in ſua ſerie Chronologica pro Immaculata Conceptione Virginis, ad annum 1244. Sed quid dicendum ac ſentiendum ſit de hoc Auctore circa materiam Conceptionis, diximus in Sole Veritatis, ac dicemus latiùs in Radiis Solis.

HUGO de Sancto Heſth, Ordinis Carmelitarum Theutonicus, qui floruit ad annum 1349. ſcripſit Librum unum *de Conceptione Immaculata Virginis*, ut refert Marrac. in Catalogo; & in Bibliotheca, folio 610. Piſtoia, fol. 155.

HUGO de Sancto Neoto Cantabrigienſis, Ordinis Carmelitarum Anglus, elaboravit *de Immaculata Conceptione MARIÆ* Librum unum; de quo Marrac. in Biblioth. folio 611. & in Catalogo ad ann. 1340. Petreus, & Leon claſſe 6.

HUGO de Sancto Victore, Canonicus Regularis Lateranenſis, tom. 2. in lib. Inſtitutionis, ſermone 9. folio 321. ſub hoc titulo: In feſtivitate *Conceptionis B. Virginis*; ſed magis in deſponſatione cujuslibet animæ fidelis, &c. aſſumpto themate ex Canticorum 4. hæc habet: Tota pulchra es amica mea, *& macula non eſt in te*, inquit Deus ad animam, & ad talem qualis iſta fuit, cujus hodie ſolemnia celebramus, cujus caſtitatis irradiamur exemplis. Tota pulchra es: pulchra es intus, pulchra foris; intus in corde, foris in corpore; intus rubicunda, foris candida, utrobique compoſita; rubicunda per charitatem, candida per caſtitatem, compoſita per humilitatem. Tota ergo pulchra es amica mea, *& macula non eſt in te; totum, quod in te eſt, pulchrum eſt, & nihil ineſt tibi, quod ſit ſordidum.* In toto grata, in nullo ingrata; in toto places, in nullo diſplices. Tota pulchra es: pulchra per naturam, pulchrior per gratiam, pulcherrima fies per gloriam, &c. Hucuſque Hugo. Si ergo Sermo iſte eſt pro Conceptione paſſiva; conſtat ex eo feſtivitatem Conceptionis fuiſſe à tempore Hugonis, id eſt, ad annum 1150. in Eccleſia; ſed quamvis ſit pro Conceptione activa; omnia verba ſignata exprimunt omnimodam B. MARIÆ puritatem: quæ ſi ſigillatim eſſent explananda, Liber hic ad magnam creſceret molem. Infra ſermone 55. qui de B. MARIA, & incipit: Quaſi ſtorax, &c. fol. 371. inquit: Odor autem B. MARIÆ Virginis quaſi balſamum non mixtum exiſtit: quia ejus ſanctam & ſinceram opinionem, quæ cœlum & terram adimplevit, *nullius infamiæ fœtor corrupit, &c.* Hæc ultima verba videntur relegare à Virgine omnem umbram peccati vel maculæ; nam qui negat omnimodum & totalem alicujus infamiæ, fœtoris, aut corruptionis nævum, potiori jure excludit ab ea originem, radicemque omnium horum.

Item, Serm. 65. de Nativitate B. MARIÆ, folio 385. qui incipit: Sicut ſpina roſam, genuit Judæa Mariam, &c. circa finem concludit ſic: *MARIA roſa, & ſicut ſpina roſam, ſic Iudæa MARIAM genuit*, &c. Facit alluſionem, ut de ſe patet, ad roſæ ſpinam; nulla ergo ſpina peccati fuit in MARIA.

Item, in illo celebri Sermone de Aſſumptione Beatæ MARIÆ, qui extat ad finem prædicti tomi, cujuſq; Prologus incipit: Accipe chariſſime, &c. Sermo verò: *Tota pulchra es amica mea, &c.* inquit: O qualis ſocietas! totus pulcher totam pulchram ſibi ſociat. Tota pulchra es amica mea. Ego totus pulcher, & tu tota pulchra; ego per naturam, & tu per gratiam. Ego totus pulcher, quia omne, quod pulchrum eſt, in me eſt; tu tota pulchra, *quia nihil, quòd turpe eſt, in te eſt.* Tota pulchra es amica mea, *& macula non eſt in te.* Tota pulchra es; pulchra in corpore, pulchra in mente: in corpore pulchram te facit integritas virginitatis, in mente pulchram exhibet virtus humilitatis. Tota ergo pulchra es; corpore nivea, mẽte ſincera. Tota pulchra es: nihil enim in te pulchritudo reliquit, quod non poſſideat; totum decor obtinet, formoſitas tenet, regit honeſtas. Tota pulchra es, &c. nec aliam talem decebat, nec alius talis tali inveniri poterat. O digna digni, formoſa pulchri,

munda incorrupti, excelſa Altiſſimi, Mater Dei, ſponſa Regis æterni, &c. Tunc poſtquam dixerat nullam in ea maculam inveniri, mundam & ſinceram, ab omni quod diſplicere poterat alienam; ne fortè adhuc iſta laus minùs animaret timidam, minùs accenderet verecundam, adjecit inſuper, & proſecutus eſt, oſtendens non ſolùm immunem & liberam eſſe à malo, ſed ineffabilibus bonis plenam, omnium perfectione virtutum refertam, dicens: O formoſa mea! ô dilecta mea! ô columba mea! Amica mea gratanter amplector, iucundè intueor, *quòd nullam in te maculam video*, quòd totam te pulchram aſpicio, &c. Et aliquantulum infra inquit: Antiqua illa Maria nominis tantùm, non lepræ reliquit hæredem, *quæ nec rugam habuit*, quam unguenta tergerent; ſed unguenta accepiſti, ut ſpeciem & formam tuam gratiùs commendarent, &c. Hæc & alia habet Hugo pro immunitate Virginis, quæ ita clara eſſe judico, ut commentario non egeant.

HUGO Sifilinus P. A. Societatis JESU (ut exiſtimo) ſcripſit Librum ſub hoc titulo: Corolla Virginea, Opuſculum, in quo novâ methodo *quid de controverſia Immaculatæ Conceptionis V. Deiparæ cenſendum ſit*, piamque ſententiam certam omnino eſſe & infallibilem, ex Decretis & Conſtitutionibus Apoſtolicis concluditur. Lib. impreſſ. Panormi, an. 1655. in 12. cum imagine Immaculatæ Conceptionis, & Bruxellis 1662.

HUGO Teiſſer, Ordinis Præmonſtratenſis Germanus, in Panegyrico de S. Patricio, loquendo de Scoto, quomodò propugnavit & defendit *puritatem Immaculatæ Conceptionis*, latè agit. Sic Colganus cap. 18. folio 189. in vita Scoti.

HUGO Virlæus, Ordinis Carmelitarum Norvianenſis Cœnobii, edidit Libros tres *in honorem Conceptionis* ad annum 1344. ut teſtatur D. Andreas Sauſajus Epiſcopus Tullenſis in ſua ſerie Chronologica pro Immaculata Conceptione.

HUMBERTUS Velleius Sabatenſis, in libro dicto: Conſerta epitome à primæva mundi origine ad tempora noſtra, &c. per Fratrem Joannem Laziardum edita, & à Velleio addita & recognita, lib. 1. cap. 81. fol. 53. tenet, *quòd Virgo MARIA fuit præſervata à peccato originali, &c.* Vide verb. Joannes Laziardus.

HUMILIS Segala, Ord. S. Franciſci Italus, ſcripſit Librum Italico idiomate de Arte amandi, atque colendi Deiparam, in quo plura extant teſtimonia *pro Immaculata Virginis Conceptione, ac ejus immunitate à peccato originali.* Impreſſ. cum figuris Brixiæ 1612. in 12. regali, quem Latinè reddidit R. P. Philippus Boſquierius, & nos in tomo 1. noſtræ Bibliothecæ Virginalis typis mandavimus ſub nomine Aleſij à Salo Capuccini. Vide ibi.

HUNGARUS Poſthienſis, ſive Hungarius, Ordinis Minorum, in libro dicto: Biga ſalutis, ſeu Sermones de Sanctis, ſerm. 6. edidit de *Conceptione Virginis MARIÆ*, ad illa verba: Domum tuam decet ſanctitudo. Item, ſerm. 7. *de eadem Conceptione Virginis MARIÆ*, ſuper illud thema: Nondum erant abyſſi, &c. Lib. impreſſ. Hagenau 1515. in 4.

HYACINTHUS de Bocanegra & Guzman Hiſpanus, ſcripſit Hieroglyphicum *pro Immaculata Virginis Conceptione*, & eſt apud Ferriol de Concep. folio 42.

HYACINTHUS Maidalchinus, Ordinis Prædicatorum Italus, *de Conceptione B. Virginis* Concionem unam. Impreſſ. Venetiis 1644. Ex Marrac. in Bibliotheca.

HYACINTHUS Minuarte, Epiſcopus Maranen. recepit vota ſeu juramenta facta *pro Immaculata Virginis Conceptione* à tribus Congregationibus, ſcilicet Spiritûs Sancti, Trinitatis & Aſcenſionis, ſitis in Domo profeſſa Societatis Jeſu Valentiæ: quo demonſtravit pium erga piam opinionem affectum. Ex Leone.

HYACINTHUS Queſada, Poëta Hiſpanus, edidit Epigramma *de B. Virgine MARIA ſine labe originali*, in illud Cantic. Quam pulchri ſunt greſſus tui! Extat apud Didacum Cano de Conceptione, fol. 72.

HYACINTHUS Valejo, Ordinis Prædicatorum Hiſpanus, in libro: Exercicio quotidiano del Santiſſimo Roſario para los Hermanos de la ſanta Cofradia, &c. medit. 1. fol. 13. inquit: Gratiá plena: porque la hallò con la plenitud de gracia, virtudes y dones, que para ſer digna Madre de Dios ſe requerian. *Su alma puriſſima, ſin yerro, ni raſtro de peccado*, &c. Lib impreſſ. Hoſcæ 1635. in 16.

# I.

JACOBUS Ægidius, Ordinis Prædicatorum Hiſpanus, ac ſacri Palatii Magiſter *de Conceptione Beatæ Virginis MARIÆ* Librum unum, circa annum 1457. mandante Calixto Pontifice Maximo. Ex Poſſevino & Leone, claſſe 6. & Marraccio. Hunc citant Adverſarii pro ſua ſententia. Quidquid ſit de hoc, in Conventu Fratrum Minorum Florentiæ vidi Librum ejuſdem P. Dominicani verſibus ſcriptum, ubi ad finem, loquendo de B. Virgine, extant hæc verba: *Delevit veteris hæc ſua labe notas.* Vide Radios Solis Veritatis.

JACOBUS de Alba, Ordinis Minorum Italus Lombardus, ſcripſit *pro Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione:* cujus verba adducit Bernard. de Buſtis, ſerm. 9. de Concept. littera X.

JACOBUS Albericius à Sarnico Bergomenſis, Ordinis S. Auguſtini, in libro: Hiſtoriarum ſanctiſſimæ & glorioſiſſimæ Virginis MARIÆ de Populo Almæ Urbis Compendium, in Sixto IV. ac Innocentio VIII. Pont. Max. à folio 43. adducit indulgentias & privilegia *pro die Conceptionis Virginis MARIÆ*. Lib. impreſſ. Romæ 1599. in 4. Vide in relatis Summis Pont. Extat etiam Italicè impreſſ. Romæ 1600. in 4. regali, fol. 34. & fol. 81.

JACOBUS Albertus Caſtrenſis, Italus Ordinis Prædicatorum, aliquibus illuſtrationibus illuſtravit, atque à mendis non paucis ex vetuſtiſſimorum codicum collatione repurgavit Opera S. Thomæ Aquinatis, ſeu Commentaria ſuper Epiſtolas Pauli, in quibus ſuper Epiſtolam ad Galatas, cap. 3. lect. 6. fol. 143. habet illam ſententiam ex Sancto Thoma ubi dicit: Virum de mille unum reperi, ſcilicet Chriſtum, qui eſſet ſine omni peccato; mulierem autem ex omnibus non inveni, quæ à peccato omninò immunis eſſet, ad minùs originali vel veniali: *excipitur puriſſima, & omni laude digniſſima V. MARIA, &c.* & ad marginem addit prædictus Jacobus Albertus hæc verba: *Vide hîc, eſſe de mente S. Thomæ, nullum habuiſſe peccatum B. Chriſti Matrem, nec etiam originale.* Extant hæc